& non conſultò præſtitit. Ac ideo extra or-
dinem ſolùm puniri debet. Joan. Andr. *in c.
felicis. §. illud. de pœnis. in 6.* Ang. *in. l. is qui
opem. n. 13. ff. de furt.* Bellamer. *in. c. 1. n. 5.
d. offic. deleg.* Jaſon. *conſil. 36. ad fin. vol. 1.*

8 Simplex item auxilium eſt, ſi citra illud com-
mitti poterat delictum. Ang. *in l. in furtis. §.
oper. ff. de furt.* Marl. *§. conſtante num. 6.*
Grom. *crim. conſil. 45. nu. 41.* Bertazol. *crim.
conſil. 62. num. 11. conſil. 103. n. 18.* Clar. *§. ſi
qua. 60.* Oſaſc. *deciſ. 79. n. 61.* Farinac. *quaeſt.
130. n. 44.* Menoch. *de arbitr. caſ. 349. n. 20.*
Maſcard. *d. probat. concl. 159. n. 15.* Honded.
conſil. 98 n. 31. vol. 1.

Vnd iſt ſonderlich wol zumercken / daß der
neundte Zeug / beym eylfften præliminar de-
ponirt, da K. vnd die von P. nicht zugeholffen/
hett es keinen Todſchlag abgeben.

Betreffende dann den ander Mitbeklagten
H. R. welcher H. M. Seel. bewiſener maſſen/
ein tödlichen Streich gegeben/ iſt zu ſeiner ex-
cuſation (1) wol in acht zunemmen/ daß er in
den vorigen Håndeln nicht begriffen geweßt/
oder angezogen wird/ ſondern ſich ſo fridfertig
erzeigt/daß er den Degen allbereit wider einge-
ſteckt/ vnd dem neundten Zeugen/(laut deſſen
Auſſag beym andern ſpecialfragſtuck vber den
7. probatorial) zweymahl die Hand gebotten
vnd geſagt/er wolle zufriden ſeyn: aber gleich
darauff ſeye H. M. mit einer Gabel/ſo doch ei-
ſine Zincken eines Fingerslang gehabt/ zornig
daher geloffen / darauff habe R. wider außge-
zogen/ vnd auff jhn zugehawen / daß er gleich
kein Wort mehr geredt. Concordat quartus
beym vierzehenden præliminar, nach jhm vnd
ſeinem Tochtermann ſeyen noch 7. von P. zu-
loffen/darunter auch der ander entleibte H.M.
geweßt/haben Rechen vnd Hewgablen mit ei-
ſinen Spitzen gehabt. Item der eylfft beym 9.
artic. R. habe zwar mächtig ſtarck auff H. M.
gehawen/ aber erſt nach dem als deſer mit ſei-
ner Gabel auff einen andern von S. zorniglich
zugeſchlagen.

Dahero dann gnugſamb zuſehen/ daß diſer 9
R. in terminis ſaltem aliqualis defenſionis,
& metu offenſionis ſui, ſuorumve concivium
geweſen / alſo ordinaria mortis corporisve
pœna nicht geſtrafft werden könne: inmaſſen
der erſtangezogene eilffte Zeug/ beym fünfften
ſpecial-Fragſtuck angedeuten neundten Arti-
kuls ſelbſten vermeldet/ er könne nicht unrecht
ſchelten/ daß R. ſich alſo lang defendirt.

Et ſanè defenſor propriæ ſuorumve ſalu- 10
tis, in nullo peccaſſe videtur. Damhaud. *in
prax. crim. cap. 76. nu. 6.* ubi refert, dictum
Bart. Adverſarii vim & terriculamenta prio-
ra, eoipſo jam probata eſſe, ſi probaveris,
ipſum diſtricto gladio tibi occurriſſe, teque
invadere tantùm conatum eſſe. Id ſi feceris,
tuque ipſum viciſſim adortus fueris & occi-
deris, jam probata eſt tua defenſio. Speckh.
*quaeſt jur. cent. 3. claſſ. 2. quaeſt. 8. § 2. per plu-
rim. autor.* Clarus, *in §. homicidium. num. 33.*

Et huc ſpectat illa traditio, levioribus 11
etiam armis duriora licitè opponi, quando
alia non ſunt in promptu. Græven. *lib. 2. con-
cluſ 110. conſider. 1. n. 17. ad fin.*

Es hat auch (2) der R. den erſten Streich 12
nicht erwarten müſſen / ſondern ſich vnd die
ſeinige zuvor defendiren können/ wie aus dem
130. Artic der peinl. Halßgerichts-Ordnung
erhellet/ ibi: auch mit ſeiner Gegenwehr/ biß
er geſchlagen wird/ zuwarten nicht verbunden.
Confert etiam text. notab & ſingularis, *in l.* 13
apud Labeon. 15 §. ſi quis pulſatus ff d. injur.
ubi datur injuriarum actio, etiamſi pulſatus
quidem non ſit, ſed perterritus, quaſi vapula-
turus; in terminis Crav. *conſ. 432. num. 8.* Si-
quidem, inquit, non illud expectandum eſt,
ut quis offendatur, ſed enim utprimùm quis
videt adverſarium incumbere, & in eum in-
ſtrui offenſionem, tunc vero defenſione opus
eſt. Bald. *in l. ſi in l. C. loc.* ubi quando ad-
verſarius ſolùm ſe parat, ut me offendat, poſ-
ſum eum occidere, etiam antequam me ag-
grediatur; quod dictum pro ſingulari com-
mendat Jaſ. *in conſ. 133. col. pen. in princ. lib. 1.*
Alex. *in conſ. 119. col. 3. in fin. lib. 7.* ubi quod
homicidium dicitur fieri ad defenſionem,
quando adverſarius volebat accipere lapides,
incurvando ad terram, vel aliter admovere
volebat manus ad arma. Ad idem adduci ſo-
let Ang. *in l. quemadm. in princ de inoff. teſt.*
ubi quando quis minatur ſe percuſſurum cum 14
enſe, quem tenet in manu, ſi percutitur, dicitur
proceſſus ad defenſionem, quia comminando
dicitur ſe præparare ad offenſam.

Vnd daß (3) der R. vnd ſeine Mitburger
oder Geſehrten / wegen deren von P. in nicht

geringer Gefahr geweſt / vnd ſo vil den letzten Handel anbetrifft / ſie die von P. pro aggreſſoribus zuhalten / iſt dahero abzunemmen / weil der K. nach empfangenem erſten Streich auff die Hand / aus Rachgier / vnd nicht zu ſeiner Nohtwehr / die P. Bawrſchafft zuſammen beruffen / ſolche auch mit jhren Rechen vnd Gabien / die meiſtentheils mit eiſenen Zincken verſehen / denen von S. auff die hundert Schritt nachgeloffen / den Angriff gethan / vnd bald auff ſie zugeſchlagen (wie alles ſonderlich der 1. Gezeug / Burgermeiſter N. vnd zumal auch ſeine Mitzeugen der ander vnd dritte außgeſagt) gleich einen zu boden gerichtet / wie dann Burgermeiſter I. S. fünff ſtarcke Wunden in Kopff empfangen / R. auch ſelbſten (der ſich doch nie gewehrt / ſondern vmb Friden gebetten / auch ein Stecklein in Händen gehabt /) vbel auff den Arm getroffen / vnd ſein Wehr / ſo er niemals außgezogen / gar aus der Hand geſchlagen / daß er ſein Leben mit der Flucht ſalviren / vnd das Wehr ligen laſſen müſſen / ohngeacht er die P. vmb Gottes willen gebetten / ſie wollen friden halten / vnd diſe als gute Nachbawren paſſiren laſſen.

Vnd obgleich die von S. beſonders aber der
15 von R. in dem erſten Handel / da K. ſeel. auff die Hand gehawen worden / gar vnverantwortlich gehandlet: hat auch den P. nicht gebührt / jhnen folgendes nachzulauffen. Seynd alſo in diſem andern Handel pro aggreſſoribus zuhalten. Etenim quando quis jam aggreſſus & percuſſus eſt ab inſultante, & pòſt ad invicem ſunt diviſi, ſedataque eſſet omnis rixa ſi primò provocatus deſiſtentem & prorſus ſilentem, ex intervallo vulneret, non ſe defendendi, ſed vindicandi animo feciſſe dicitur: in terminis Nic. Boër. Burdeg. *deciſ. 168 ſub num. 6.* Grævæ, *2. concl. 110. conſid. 1. nu. 35. & ſeq.*

So iſt (4) er. R. ſeinen Conſorten diſorts 16
ein Gegenrettung vnd Beyſtand zuthun / auch mit Verletzung deß aggreſſoris Leib vnd Lebens / befügt geweſt. Speckhan. *d. l. quæſt. 9. §. 3.* ubi tradit: cum omni jure, tam Canonico quàm Civili, ad defenſionem proximi, etiam extranei, & nullâ aliâ quàm communis naturæ lege ſibi conjuncti teneri, ſi abſque vitæ & corporis ſui periculo id poſſit.

Weil auch (5) aus anhero deducirtem er-
hellet / daß diſe Todtſchläg / in einem vnverſehens ereigtem tumult, Zanck- vnd Schlaghandel / fürgegangen / ſeynd ſelbige pro caſualibus, vnd für ein vngefährdes Werck zuhalten / derentwegen auch niemand mit der Todtſtraff anzuſehen. Giurba. *conſ. crim. 2. num. 14. & ſeq.* 17

Weil bevorab (6) das leidige Mißtrawen / Haß vnd Verbitterung / beeder in dem Religions-Friden zugelaſſener Religions Verwanten / hierzu allerſeits vil Vrſach gegeben / vnd ſelbiges mit ernſtlicher Straff eines oder deß andern vnder den Verhafften / leichtlich noch mehrers erwecket / vnd darauß ander dergleichen Vnheil entſtehen möchte.

Scandali ergò, majoriſque mali vitandi
cauſa, maximè in dubio, mitior ſententia eſt 18
ſequenda.

Welchem allem nach wir nochmaln dahin ſchlieſſen / daß beede Beklagte jhrer exceß halben / mit denen in der Vrtheil gedachten Pönen gnugſamb abgeſtrafft ſeyen. Actum Tübingen / in Collegio noſtro, den 23. Novembris. Anno 1631.

Conſilium CCIII.

An in nuncupativo teſtamento neceſſaria ſit prælectio ſcripturæ? ubi de identitate ſchedulæ, fide Notarii, & comparatione literarum, notatu digniſſima traduntur.

DEmnach vns Decano, vnd andern Dd. der Juriſten Facultät / bey gemeiner Hohenſchul zu Tübingen / jenige acta zugeſtelt / ſo vor dem wollöblichen Stadtgericht zu S. in dem Teſtamentsſtreit zwiſchen Herrn T. B. Evangeliſchen Kirchendiener zu L. in Ehevogts Namen ſeiner Haußfrawen / Klägern Eins / entgegen Herrn Mr T. S. Pfarrherrn zu S. vnd Fraw Margaretha B. weiland Herrn G. S. alten groſſen Rahtsverwandten Seel. hinderlaſſene Wittib daſelbſt / Beklagte andern Theils / außgeübt / vnd darneben begehrt worden / daß wir Ehrngedachtem Herrn Klägern / vnſere vnparteyiſch vnd rechtmeſſige Meynung / mit Anzeig der fürnembſten rationum, eröffnen / vnd jhn informiren wolten / was in diſer Sach / er für ein Vrtheil zugewarten / vnd in Rechten befügt ſeyn möchte.

Als ſeynd vns all ſolche acta, vnd was hinc inde von den Parteyen verhandlet / ſo wol auch der Zeugen Außſagen / vnd ſtrittiges Teſtament vorgeleſen: haben aber anderſt nicht befinden / erachten / noch ſchlieſſen können / dann daß ſein Herrn G. S. Seel. vermeintlich auffgerichtes Teſtament / gantz von Vnwürden / vnd nicht kräfftig ſeye / darumben man / ſovil ſeines Herrn S. Verlaſſenſchafft anbetrifft / von dem Herrn Kläger begehrter maſſen neceſſariò ad caſum inteſtati gelangen / vnd ſolche / vermög der Stadt S. löblichen Erbrechten / vertheilen müſſe.

Weil

1 Weil (1) diſes Teſtament / pro teſtamento in ſcriptis confecto, in keinen weg zuhalten / cùm ſolennitates & forma ſubſtantialis ejusmodi teſtamenti, quæ proponitur *in l. hac conſultisſima. 21. in princip. C. de teſtam.* nullo modo appareant. Solches auch derentwegen für ein nuncupativum teſtamentũ nit wichten gelten kan / weil die angegebne ſchedula teſtamentaria (geſtaltſame die Zeugen / ſo diſem actui beygewohnt / in gemein außſagen) gar nicht den teſtibus teſtamentariis eröffnet oder abgeleſen worden.

2 Quippe per nuncupationem non aliàs valere teſtamenta, expreſsè ſancitum invenimus, quàm ſi ſeptem teſtes ſimul uno eodemque tempore collecti, teſtatoris audirent voluntatem, *d. l. hac conſultisſima §. 2.*

3 Eademque forma nuncupativi teſtamenti proponitur, *in l. in teſtamentis 26. C. de teſtam.* quòd nempe, poſtquam ſeptem teſtes convenerint, voluntes teſtatoris ſimul omnibus debeat manifeſtari: ſignificantis, ad quos ſubſtantiam ſuam pervenire, vel quibus legata aut fideicommiſſa dare velit.

4 Jngleichem wird in dem Reichs-Abſchid zu Cölln / in Anno 1512 auffgericht / in conſtitutione Maximil. I. zu Underrichtung der offnen Notarien / tit. von Teſtamenten / ꝛc heilſamblich conſtituirt, daß die Notarii inſonderheit Sorg vnd Fleiß tragen ſollen / in Beſchreibung der Teſtamenten / vnd letzten Willen: in Anſehung deß groſſen Nachtheils / ſo andern darauß entſtehen mag. Mit fernerem Andeuten / daß allein dreyerley Teſtamenten ſeyen / das ein / ſo in Schrifften geſchicht / das ander / welches man durch mundtliche Erklerung oder ohn ſchrifftliche ſolennitát auffzurichten pflegt / Item / das gemacht iſt von einem der blind iſt / ꝛc vnd wird eben daſelbſt zu einem nuncupativo teſtamento erfordert / daß alle Handlung / ſo zu ſolches Teſtaments Auffrichtung ergangen vnd auffgeſchriben dem Teſtirer vnd Zeugen / ehe dann ſie von einander ſcheiden / vorgeleſen werde.

5 Dahero dann (2) erfolgt / daß obwol Julius Clarus *§. teſtamentum. quæſt. 4. num. 3. & quæſt. 36. in fin.* ſtatuirt, ejusmodi teſtamentum, in quo teſtator ſe refert ad certam ſchedulam, valere in vim teſtamenti nuncupativi, licet illa ſchedula teſtibus non fuerit prælecta, &c. & hanc eſſe communium Dd. ſententiam tradit: à qua in practica non ſit recedendum, Quod & approbare videtur Dominus Herm. Vultejus, *conſilior. vol. 1. conſil. 34.* aliique à Claro & ejusdem additionatori-
6 bus adducti, quorum nonnulli ita de generali conſuetudine obſervari, atteſtantur. Solches doch de jure Imperii Germanico-Romani, in keinen weg ſtatt greiffen könne / weil ſelbigem angezogene conſtitutio Imperialis Maximiliani I. ſchnurſchlecht entgegen iſt / quamque nec conſuetudo, neque authoritas Doctorum vincere poteſt. *l. 2. quæ ſit longa conſuetudo. ubi Dd.*

So iſt (3) diſe quæſtio, an nempe ſufficiat 7
exprimere nomen hæredis, per relationem ad aliquam ſchedulam, bey den Dd. ſehr controverſa, fateturque ipſemet Clarus, *d. quæſt. 36.* aliique ejusdem opinationis aſſertores, eam in puncto juris haud modicam pati difficultatem.

Hancque eandem quæſtionem admodum 8
controverſam eſſe, pateſcit etiam auß der Notariats-Underrichtung Herrn Gambſons Hertzogen / *tit. 3. § 13. n. 35.* Et nominatim Jaſ. *l. hac conſultisſima. §. per nuncupationem. C. de teſtam.* nobis contrariam, Clari & ſequacium opinationem, fundamentaliter confutat. Ac inter alia ita ſcribit: ſi iſta hæredis inſtitutio valeret, tunc aut ut teſtamentum in ſcriptis, aut ut nuncupativum. Non poteſt eſſe teſtamentum in ſcriptis: quia ad hoc requiruntur ſeptem teſtes, qui ſe ſubſcribant, & ſigillis eorum ſignent teſtamentum clauſum. At hoc non eſt ita, cùm teſtator coram 7 teſtibus dicit: Inſtituo illum, quem ſcripſi in ſchedula apud Guardianum; hoc non eſt teſtamentum in ſcriptis. Etiam non poteſt eſſe nuncupativum, quia in eo neceſſe eſt, quòd teſtator hæredem nomine ſuo proprio nuncupet, vel inſcribat nomen hæredis, ita quòd ſeptem teſtes viderint & audierint. Et niſi hæc forma ſervetur, teſtamentum nuncupativum erit de nihilo. At hoc in præſentia non ſervatur, quapropter etiam non erit nuncu-
pativum: & ſic cadet hæredis inſtitutio. Et 9
ſi dixeris, imò ex æquipollentibus, nihil refert, ſufficitque per relationem expreſſiſſe, vel proprio facto. Sed ſolutio facilis eſt: quandocunque injungitur aliquid pro formali, tunc non ſufficit fieri per æquivalentem, ſed eſt neceſſe formam ſervari ſpecificè. Sic quando hæres inſtituitur per æquivalentiam; debet formaliter nominari. Demum non ob-
ſtat *l. aſſe toto. ff. d. her. inſtit.* quæ adverſam 10
ſententiam firmare videtur, quia aliud eſt ſe referre ad codicillos (qui ſunt pars teſtamenti) vel ſe referre ad extraneam ſcripturam, quæ non eſt codicillus, ſed non probata ſcriptura, poſſet locum habere captatio. Hactenus Jaſon. Similia ferè, aliaque plurima in terminis tradit Mod. Piſt. *conſil. 31. quæſt. 2. num. 33. vol. 1.* ut & Zaſ. *in l. poteſt num. 10. ff. de vulg. & pupill.*

Multis inſuper textibus, Doctorumque
authoritatibus probat Cravett. *conſ. 944. in* 11
pr. non modò neceſſariam eſſe ſcripturæ lectionem & publicationem, ſed & teſtatoria approbationem, ut ea ſententia ejus, omnia ſcripta & recitata profiteatur.

Idque locum non modò in ſcriptura te-
ſtamenti, ſed & contractûs habet, quam & 12
ipſam conſpectu partium legi & publicari oportet, ne fides ejus pereat. Decius *in c. 1.*

num. 14,

num. 14. de fide inſtrum. Quamvis aliàs ob præſentiam utriusque partis, minus de fraude in contractibus, quàm in teſtamentis ſit præſumendum.

13 Pariter Dauth. *de teſtam. tit. d. ſcriptura teſtam. fol. 310. num. 404.* notat, ſi teſtator ægrotus præſentibus teſtibus, Notario ultimam dictaverit voluntatem, eam in conſpectu teſtatoris ſcribendam, & teſtibus præſentibus relegendam, alioquin, niſi videlicet relecta ſit, ſcripturam vim teſtamenti non habituram. Et quidem lectum inſtrumentum in dubio non præſumi ait.

14 Quòd item ad perfectionem teſtamenti requiratur, quòd Notarius vel alius, qui illud ſcripſit, legat ipſum teſtamentum coram teſtibus, & teſtator illud agnoſcat, & confirmet pro ſuo teſtamento, decidit Peregrin. *deciſ. 80. num. 7.* ubi ſubdit, hoc eſſe valdè notandum, in eundemque ſenſum Dauthius & Peregrinus, *dict. loc.* alios complures allegant.

So ſeynd auch (4) die jenige cautelæ, welche à Dd. contrariam ſententiam propugnantibus, ad evitandam omnem fraudem, & ne aliam ſupponere ſchedulam cuivis proclive eſſet, ſuggerirt werden/ allhie nicht obſervirt oder in acht genommen.

15 Conſulunt enim, ut teſtator à tergo hujus ſcripturæ, per Notarium ſcribi faciat teſtes, rogitum, diem & annum Jul. Clar. *§. teſtamentum. quæſt. 4. & 36.* Maſcard. *concluſ. 1352. num. 7.* Nonnulli etiam conſultius eſſe cenſent, ut teſtes ipſimet ſe ſubſcribant, & ſua probent ſigilla, ac teſtentur ſuâ ſubſcriptione, quòd teſtator palàm dixerit, eâ ſcripturâ contineri ultimam ſuam voluntatem. Dn. Bocer. *cl. 3. diſp. 2. de teſtamenti ſollennitate. num. 48.*

16 Geſetzt aber (5) es könde ex opinione Clari aliorumque, ein teſtamentum, per relationem ad aliquam ſcripturam, in vim nuncupativi kräfftig auffgerichtet werden/ ſo muß jedoch in ſolchem Fall unſtrittig/ vnd gar nicht zweifelig ſondern gnugſamb bewiſen ſeyn/ daß ſelbige ſchedula, ſo den Zeugen/ von dem teſtatore fürgelegt/ eben die jenige geweſen/ ſo nach ſein deß teſtatoris Todt/ für deſſen letzten Willen dargeben wird.

17 Teſtatio enim per relationem ad ſcripturam, non aliter ſubſiſtere poteſt, quàm ſi de identitate ſchedulæ diſertè conſtet, Br. *in l. ſi ita ſcripſero. ff. de hered. inſtit.* Conſentit Clarus, *d. quæſt. 36. ubi ſub num. 2.* tradit, liquidè conſtare debere, illam ſchedulam vel ſcripturam, quæ exhibetur, eſſe illam, ad quam teſtator ſe retulit, aliâs diſpoſitionem penitus eſſe nullam. In eumque ſenſum additionatores ibidem plures alios adducunt, & ita omnes uno ore concludere, ex Pariſio refert ipſemet Clarus.

Hæcque identitas non præſumitur, ſed eſt probanda. Crav. *conſil. 198. num. 4. verſ. pro quo facit.* Maſcard. *concl. 875. num. 11.* Et licet quòd identitas ſit præſumenda, ad evitandam delicti præſumptionem, etiam in his caſibus, in quibus aliâs pluritas præſumeretur, Crav. *conſil. 244 num. 2.* & Corn. *conſil. 183. col. 2. & ult. ut & conſil. 277. col. 2. circa med. lib. 3.* quem refert Bertazol. *conſ. crimin. 94. num. 28. lib. 1.* Ut & aliàs non præſumitur pluralitas in bis, quæ poſſunt eſſe unum & idem. Bl. & Jaſon. *in l. omn. qui. §. in popularibus. num. 21. ff. de jurejur.* Hæc tamen omnia ad delicti excluſionem valere, ſed nihilominus teſtandi actum, ubi maxima cautio à jure requiritur, nullatenus confirmare videntur. Chriſtoph. Beſold. *diſput. ad part. 3. deß Fürſtl. Wirtemb. Landr. n. 8.* 18

Et pertinet huc, quod ex conſilio quodam Lanæ refert Samſon Hertzog/ in dem Vnderricht von Teſtamenten/ *tit. 3. num. 16. fol. 39.* Ad hoc ut teſtamentum per implicitam noncupationem ſuſtineatur, neceſſe eſt, quòd conſtet de veritate illius ſcripturæ vel ſchedulæ, per teſtes, vel per ſufficiens documentum, peculiariter de rogitu Notarii confectum (quia non ſtatur in hoc ipſius teſtantis dicto, etiam quòd in ſchedulâ clausâ atteſtatur Notarius ſe rogatum fuiſſe, ubi de tali rogitu inſtrumentum non confecit) quòd ipſe teſtator voluerit, ſcripturam illam privatam, ſic clauſam & ſignatam ſervari & illam eſſe ejus ultimam voluntatem. Et ſic legitimè conſtet, & de referente & relato. Hactenus Lana. 19

Et illam identitatem, ſaltem per quinque teſtes probari debere, tradit Alciatus, *lib. 9. reſponſor. conſil. 107. num. 12. ubi ait*: Dubitatio eſt, an iſti executores teneantur ſequi voluntatem ſcriptam in epiſtola teſtatoris ad uxorem. Reſpondeo, quia hæc epiſtola potuit eſſe ſuppoſititia, & lex ſuſpectam habet fraudem in teſtamentis: veritas epiſtolæ debet probari ſaltem per quinque teſtes, quo caſu talis epiſtola habet vim codicillorum. *l. & in epiſtola. ubi Dd. C. de fideicom. l. fin. C. de donat. cauſa mort.* aliàs talis epiſtola non faceret fidem, Br. *in l. ſimili in l. heredes palam. §. ſed &, ſi notam. ff. de teſtam.* Johan. de Ana. *conſil. 84.* Jaſ. l. *Lucius. ff. de vulg.* 20

Conſentit, & nominatim prædicti Alciati reſponſum allegat Cardin. Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 12. t. 16. num. 43.*

Nun iſt aber mit den Zeugen keines nicht bewiſen/ daß jenige Schrifft/ ſo der Notarius ſeinem inſtrumento inſerirt, eben diſe geweſte ſo ihnen Gezeugen fürgelegt/ vnd darauff ſich der Notarius referirt hat.

Es kan

21 Es kan auch (6) diſe Identitas per Notarii atteſtationem gar nicht beygebracht werden/ quia ſoli ſcripturæ Notarii non creditur ſine teſtibus, *Novell. conſtit. 7. collat. 4. & Novell. conſtit. 49. c. ſed et ſi. collat. 4. & tradunt poſt gl. cæteri in l. generali. C. de tabul. lib. 10.* quod ipſum quidem & noviſſima ordinatio à divo Maximil. I. Coloniæ, anno 12. publicata, ſtatuit in §. vnd nachdem von gemeinen Rechten.

22 Quòdque ſoli Notario non creditur, habetur in Conſiliis Illuſtrior. ICC. à Joh. Baptiſta Cæſare compilatorum, *part. 2. conſil. 24. nu. 2. & conſil. 26. nu. 26.* ubi infertur, quòd ſoli Notario non creditur, ſed vel ſecundum unam opinionem, requiruntur duo teſtes, vel ſecundum aliam veram, & communiter approbatam, requiruntur ſeptem, & quòd fuerint rogati, nec lex confidit de ſolo notario, quantumcunq; probo, & etiam, quòd ſit talis, de quo omne bonum præſumatur.

So iſt (2) diſem Notario, ejusque inſtrumento, quoad identitatem inprimis ſcripturæ, auch dannenhero ledig kein Glaub zuzuſtellen/ weil er in dem inſtrument geſetzet/ ſolches auch für vnd an ſich ſelbſt pro ſubſtantiali puncto zuhalten/ es ſeye diſe Schrifft oder Zettel in Gegenſeyn der Zeugen/ vnd deß Herrn teſtatoris, abgeleſen worden/ ſolches aber der pur lautere Vngrund/ von allen Zeugen widerſprochen/ vnd nunmehr ex adverſo ſelbſt beſtanden wird/ anjetzo zugeſchweigen/ daß diſer Notarius vor den Zeugen/ in ipſo actu teſtandi, ſich verlauten laſſen/ daß durch damal auffgerichtes teſtament den nächſten Verwandten nichts præjudicirt, ſondern allein in favorem deß Herrn Teſtatoris Ehefrawen etwas geordnet werde/ darumb es der Ableſung nicht von nöhten: doch der zeit das contrarium, vnd ſo vil ſich befindet/ daß diſes Teſtament, deß Herrn Klägers Haußfrawen/ als nächſter Blutverwandtin/ zum höchſten præjudicio raichet.

23 Cùm itaque Notarium ſcripſiſſe in aliqua parte rem aliter, ac geſta fuit, conſtet, tunc evidens cauſa eſt, cur non præſtemus fidem inſtrumento, nec etiam in aliis partibus ſeparatis, quia opinio, quam de probitate Notarii habere ſolemus, eo ipſo evaneſcit, quòd infidelem eum fuiſſe conſtiterit, in aliqua, vel minima re, & proinde baſis, cui inſtrumentum innititur, tollitur, quâ ſublatâ ipſum corruere eſt neceſſe, Merenda, *lib. 5. controverſ. cap 50.*

24 Quòdque indiſtinctè inſtrumentum in parte falſum, in totum reputetur tale, ſi falſum contineat ſubſtantialia inſtrumenti, vel circumſtantias facientes ad negotium, de quo agebatur, maximè in capitulis connexis, probat poſt multos Gabriel. *lib. 7. tit. de maleſic. concl. 3.* & Menoch. *lib. 1. præſumpt. 81. per diſcurſum.* ac Fachin. *lib. 9. controv. c. 79.*

Connexa autem maximè ſunt, ſcripturam 25
eſſe lectam, & illam inſtrumento inſertam, eandem eſſe, quæ à teſtatore teſtibus exhibita fuit. Cum nempe identitas per prælectionem optimè probari potuiſſet.

Juvari poteſt hoc argumentum ex *l. jubemus. C. de teſtam.* illis verbis: Quod ſi non fuerit obſervatum, & nomen hæredis, vel hæredum, non fuerit manu teſtatoris ſcriptum, vel voce teſtibus nuncupatum, hoc teſtamentum ſtare minimè patimur, vel in totum, ſi tota hæredum nomina fuerint prætermiſſa, vel in ejus hæredis inſtitutionem, cujus nomen neque lingua, neque manus teſtatoris ſignificavit. Pertinet autem hoc ad rem noſtram, quia *ibid. inferiùs* dicit Imperator: Scituris Tabellionibus, & iis, qui conficienda inſtrumenta procurant, quod ſi aliter facere auſi fuerint, pœnam falſitatis non evitabunt, quaſi doloſè in tam neceſſariâ cauſa verſati. 26

Quibus verbis, ejusmodi Notarius in dolo eſſe præſumitur ab ipſa lege, & etiam falſum eſſe commiſſum in tali parte, quæ per ſe, fidem adimit toti teſtamento nuncupativo, cujus ſubſtantiale in nuncupatione conſiſtit.

Vnd letztlich kan auch diſer ſchedulæ identitas per comparationem literarum nicht erwiſen oder beygebracht werden. Dann geſetzt/ es habe ſolche Schrifft der Herr Teſtator G. ſubſcribirt, ſo iſt doch hierdurch noch nicht dargethan/ weil ſonderlich kein datum beygefügt/ ſicque die & conſule caret, daß es eben ſelbige geweſen/ die letzlich der Teſtator den Zeugen fürgelegt: dann es wol ſeyn kan/ daß er vnderſchidliche ſchedulas teſtamentarias geſchriben/ vnd ſelbige vngleichen Innhalts geweſen ſeyen. 27

Sicq; hæc probatio non directè pro identitate ſcripturæ concludit, quia haut contingit hoc adeſſe, quod poteſt abeſſe.

Et inſuper adhuc maximè dubium eſt, an teſtamentum etiam paternum, ſola literarum 28
comparatione nixum ſuſtineatur, ut videre eſt apud Pantſchman. *lib. 2. quæſt. 2.* Et com- 29
paratio ſolius ſcripturæ non probat propter fraudes, quæ facilè in imitanda manu committi poſſunt, & ſemiplenè tantùm probat, facitque ut juramentum ſuppletorium deferri poſſit. Mart. Benckendorff. *ad Seraphin. in addit. privil. 172.* Franciſc. Perſonat. *de indiciis & tortura. quæſt. 14.* Jerem. Setzerus, *de juram. lib. 1. c. 12. nu. 10.* Maſcard. *lib. 2. arbitr. cent. 2. caſu 134. n. 16.* Coler. *de proceſſ execut. p. 3. c. 1. n 90.*

Tale autem ſuppletorium juramentum, 30
in cauſis teſtamentariis locum non habet, cùm nempè in illis, ſingulariter aliquid circa probationem ſit receptum, *arg. traditor. à* Teſſauro, *deciſ. 256.* Duaren. *ad tit. ff. de jurej. cap. 10.* Et nominatim, in probando teſtamento, ubi deficit numerus teſtium, juramentum

mentum ne quidem in ſupplementum ſemiplenæ probationis admittit Maſcard. *concluſ.* *1352. num. 16.*

Aus welchem allem dann wir nochmahln ſchlieſſen/ daß diſes teſtament, propter ſchedulam non prælectam, auch weil die identitas illius ſcripturæ nicht liquidò erwiſen/ beyneben ſolche Beweiſung/ durch ein ſuſpecten Notarium, & fallaciſſimam, nec ſatis concludentem literarum comparationem, nicht beſchehen möge/ allerdings vnd gäntzlich von Vnwürden ſeye. Quemadmodum &c. actum in Collegio, den 12. Novembris, Anno 1631.

Conſilium CCIV.

De Teſtamento nuncupativo, & quomodo valeat: ubi improbatur diſtinctio Dd. quâ teſtamentum nuncupativum diſpeſcitur in implicitum & explicitum.

De duabus clauſulis (1) ſi non valet ut teſtamentum nuncupativum, valere debet ut codicillus (2) quòd valere debeat omni meliori modo.

Viſis & perlectis à Domino T. B. transmiſſis actis deprehendimus, quòd de valetudine teſtamenti à G. S. cive & negotiatore A. in anno 1627. confecti, lis & controverſia à Dn. T. B. conſulente mota ſit, & quæſitum à nobis, quid ipſi de illa ſperandum. Inſtrumento nunc dicti teſtamenti, & aliis circumſtantiis bene probeque conſideratis, aliud de jure judicare & reſpondere non poſſumus, quàm quòd teſtamentum quæſtionis nullum ſit, nec de jure ſuſtineri poſſit, & proinde cauſa ſucceſſionis, teſtamento pro nullo declarato, ad caſum inteſtati ſit reducenda. Ut autem ita ſtatuamus, faciunt textus & rationes juris noſtri immotæ.

1 Nam duo tantum eſſe genera teſtamentorum hodie, ſolenne in ſcriptis, quod clauſum & ideò myſticum vocant: & nuncupativum, Weſenbec *paratit. qui teſt. fac. poſſ. num. 3.* Clar. *in §. teſtam. quæſt. 3.* Menoch. *in præfat. lib. 4. præſumpt.* Azo. *in l. teſtamenta C. de teſtam.* Cothman. *conſil. 17. num. 19 vol. 5.* quæ formâ differunt. Prætenſum autem teſtamentum in ſcriptis ſolenne dici nequit, non tam quia ſubſtantialia deſunt, & forma deficit, quæ eſt, ut ſeptem teſtes adhibeantur, qui illud ſubſcribunt & ſubſigillant, & nomen hæredis ab ipſo teſtatore, vel alio ejus nomine, & ſic octavo teſte, ſcribatur, ut *in l. hac conſultiſſima. & in l. jubemus. C. de teſtam. ordinand.* Clarus, *dict. § teſtamentum quæſt. 4.*

Sed etiam, quia ex ipſo inſtrumento patet, quòd teſtator in ſcriptis teſtari noluerit, ſed teſtamentum nuncupativum facere: nam ſtatim in initio ſchedulæ prætenſæ dicitur, diß mein Teſtament, Ordnung/ Geſchäffte/ vnd letzten Willen/ ſo lateinnuncupativum genant/ auffzurichten/ ſc. Item circa finem, ibi: auch neben begehrt haben ob es ſach were/ daß daſſelbige durch Vnderlaſſung einiger ſolennitäts vnd Zierligkeit als ein teſtamentum Nuncupativum nicht Krafft hette/ oder beſtehen möchte. Unde dubium nullum eſſe poteſt, quòd teſtator in ſcriptis noluerit teſtari, ſed per nuncupationem. In claris enim non datur locus conjecturis. *l. ille aut ille. ff. de leg. 3. l. ancillam. C. de furt. l. non aliter. de leg. 3.* Et teſtator optimus ſuæ diſpoſitionis eſt interpres, *l. Labeo. §. 2. ff. de ſupell. leg.* Cothmann. *conſ. 4. num. 154. vol. 5.* Sed jam videndum, an G. S. defunctus fecerit, quod voluit; an nimirum teſtamentum Nuncupativum condiderit? Ex actis ac depoſitionibus omnium teſtium, nullo aliud dicente vel probante, apparet, quòd neutiquam id ſit factum. 2

3 Nam primò conſtat, non eſſe teſtamentum nuncupativum, niſi ore hæres nuncupetur, & teſtes nuncupationem audiant, textus eſt clariſſimus, *in d. l. hac conſultiſſima. 21. §. per nuncupationem. C. de teſtam.* ubi Imperator ait: per nuncupationem, hoc eſt, ſine ſcriptura, teſtamenta non aliàs valere ſancimus, quàm ſi ſeptem teſtes, ſimul uno eodemque tempore collecti, teſtatoris voluntatem, ut teſtamentum, ſine ſcriptura audiverint. Clarius autem in *l. heredes palam. 21. in princ. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Si autem per hos textus neceſſe eſt, ut teſtes nomen heredis audiant, certè qualitas hæc non poterit verificari in eo, qui palàm heredem non dicit, ſed ſe refert ad ſcripturam.

4 Secundò, ex noviſſima Juſtiniani conſtitutione, quæ eſt *in l. jubemus. 29. de teſtam.* aliud dici non poteſt, ibi *in verſ. quemadmodum*, ita diſponitur: quemadmodum in elogio, quod ſine ſcriptura conficitur, neceſſe eſt, teſtatorem voce exprimere nomen, vel nomina heredum: ita & in teſtamentis per ſcripturam conficiendis, cùm ipſe teſtator manu ſua ſcribere heredes vel noluerit, vel minimè potuerit, voce tamen ejus eos manifeſtari oportet.

5 Tertiò, extat in *Receſſu Colonienſi*, von Ordnung der offenen *Notarien.* §. von *Teſtamenten*, textus, quo per Imperatorem & Status Imperii ita diſponitur: die Form eines teſtaments/ das nuncupativum genant wird/ iſt ... diſe/ daß

alſo/ daß der oder die/ ſo das Teſtament machen will deß oder deren/ dem er etwas verſchaffen oder verlaſſen will/ Namen/ vnd was er im Teſtament begriffen haben wolte/ vor ſiben Zeugen/ die darzu beruffen vnd gebetten ſeyn ſollen/ offentlich vnd klärlich benant vnd außgedruckt wird.

6 Ex quibus omnibus patet, quod forma ſpecifica teſtamenti nuncupativi conſiſtat in orali nominatione heredis, & auditione teſtium, quæ forma ſi deficit, facit etiam ceſſare rem ipſam, ſeu actum & teſtamentum, quod ſine hac factum eſt, in jure pro nullo, atque adeò pro non facto habetur; per ea quæ tradit Sichard. *ad l. 9. nu. 2. C. qui teſt. fac. poſſ.* Mynſing. *reſp. 79. nu. 2.* paria enim ſunt, teſtamentum planè factum non eſſe, vel inutiliter & nulliter, ut res ad caſum inteſtati veniat. *l. 1. in princ. ff. de ſuis & legit. princ. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* Ceph. *conſil. 585. n. 23 vol 4.*

7 Accedit etiam ratio, quare talis oſtenſa, ſed non lecta ſchedula, pro teſtamento haberi non debeat, quia ſcilicet multæ fraudes intervenire poſſint, ob quas evitandas tot ſolennitates requiruntur. Menoch. *dict. conſil. 313. num. 47.*

8 Quod autem nec nominatio hæredis ex ore teſtatoris provenerit, nec à teſtibus auribus excepta fuerit, patet è depoſitionibus teſtium, & infra demonſtrabitur. Sic ergo, cùm neque teſtamentum in ſcriptis, neque nuncupativum G.S. reliquerit: ipſius hæreditas non ex teſtamento, ſed ab inteſtato delata eſt proximis hæredibus. Cùm ex ſufficienti partium enumeratione pateat, quòd teſtamentum prætenſum non ſit teſtamentum. Nicol. Everh. *top. loc. à part. enum.*

Et quamvis contra hæc, pars adverſa excipiat, paria eſſe implicitè & per relationem, vel explicitè & per ſe fieri hæredis nuncupationem, & aſſerat, Dn G.S. teſtatorem implicitè & per relationem ad ſchedulam, hæredem nuncupaſſe: utrumque tamen non rectè dicit. Licet enim nobis nota ſit Doctorum quorundam, imò communiter tradita diſtinctio teſtamenti nuncupativi, in explicitum & implicitum. Ubi illud vocant, quando teſtator propio ore coram teſtibus, & Notario nominat eum, quem hæredem eſſe vult, atque explicat, & manifeſtum facit coram prædictis voluntatem ſuam. Implicitum dicitur, quando teſtator ſe refert ad diſpoſita, in ſchedula à ſe demonſtrata, ut poſt Bartol. Socin. & alios tradit Menoch. *conſil. 313. num. 3. vel. 4.*

Diſtinctio tamen illa, ab aliis Doctoribus non immeritò impugnatur, ut videre eſt apud Gratian. *diſcept. for. tom 5. cap. 973. per tot.* ubi plurimos allegat ex profeſſo eam impugnantes, quibus addi inter alios poſſunt Sichard. *ad l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. C. de teſtam.* Vigl. *ad §. fin. Inſtit. de teſt. ordin.* Bachov. *eod. loc.* Collegium Ingolſtadienſium, *inter conſil. Erneſt. Cothman. 12. vol. 5. nu. 237. & conſil. 18. nu. 66. & ſeqq.* Polenius, *inter conſilia dicti Cothman. 10. nu 337. & ſeqq.* Pruckman. *conſil. 1. n. 2.* Vaſqu. *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 11. idque per inevitabiles, ut Vaſqu. loc. cit. loquitur,* textus jam allegatos.

Nec obſtat, quòd diſſentientes Dd. pro 9
confirmanda ſua opinione dicunt, paria eſſe aliquid nominatim & expreſsè, vel per relationem fieri, ut Gabriel. *com. concl. 11. de teſtam. lib. 4. per tot.* aliique contendunt. Nam illud falſum eſſe, & quod in actu, qui pro forma quid habet, non ſufficiat per æquipollens & per relationem implementum ſuũ accipere. Sichard, *loc. alleg.* & Gratian. *dict. diſcept. n. 15 & multis ſeqq è Vaſqu. loc. cit.* benè poſt alios reſpondet.

Multò minus autem contrariæ opinioni 10
patrocinatur, vel hanc veram deſtruit, quod Magdal. *de nu. teſt in teſtam. c. 27. limit. 12.* objicit & reſpondet: Nimirum licet nominatio hæredis ſit de forma teſtamenti, modus tamen, per quem nominatio fieri debet, non poteſt dici de forma eſſe, & ſic ſufficit, quomodo de corpore ipſius conſtet. *l. 2. ff. de lib. & poſth. l certum. ff. de reb. credit.*

Nam benè Gratian. *num. 05. & ſeqq.* re- 11
ſpondet, etiam modum exprimendi de jure noſtro ita eſſe determinatum, ut ex ore teſtatoris, nomen heredis à teſtibus audiatur. Et certè, ſi rem accuratè conſideramus, valdè imbecillis eſt hæc diſſentientium objectio, in modo enim exprimendi conſiſtit hæc forma ſpecifica, ac nulla inter teſtamentum ſcriptum & nuncupativum implicitum eſſet differentia. Requiritur, *ut ſupra è l. jubemus. C. de teſtam.* non tantùm expreſſio hæredis, ab ore teſtatoris facienda, ſed etiam auditus à teſtibus. Poſito igitur, teſtatorem per relationem, & implicitè hæredem nominare poſſe, eo tamen modo teſtes audire nomen heredis non poſſunt. Auditus per ſonum fit,
& aures non vident nec legunt. Roſtochien- 12
ſes, *in ad ſupra allegata conſilia reſponſionibus & defenſionibus inter conſil. Cothm. 11. n. 597.* Proferunt quoque *d l. hæredes palam. 21. ff. qui teſtam. fac. poſſ. ibi:* licebit ergo teſtatori vel nuncupare hæredes, vel ſcribere.

Verùm fruſtra hoc; nam verbum ſcribere pertinet ad teſtamentum in ſcriptis, & ut totus contextus demonſtrat, in teſtamento nuncupativo ſcriptio locum habere nequit. Ita enim principium habet: Hæredes palam, ita ut exaudiri poſſint, nuncupandi ſunt, licebit ergo teſtanti vel nuncupare hæredes vel ſcribere, ſed ſi nuncupat, palam debet. Quid eſt palam? non utique in publicum, ſed ut exaudiri poſſit à teſtibus. *dict. l. hæredes palam.*

13 Objici etiam à quibusdam ſolet *l. 77. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit.* ubi hæredis inſtitutio per relationem facta, valere dicitur. Sed facilis eſt reſponſio, agitur enim ibi non de teſtamento nuncupativo, ſed ſolenni in ſcriptis, ubi teſtator in ipſo teſtamento quidem ſe retulit ad codicillos, in quibus hæredem coram teſtibus nominaverat. Deinde ſupra dictum eſt, quòd jure noviſſimo *in d. l. jubemus.* aliud ſit conſtitutum, & tanquam jus novum vetus abroget, ut latè Gratian. *loc. cit. n. 28. & ſeqq.* declarat.

14 Nec denique movet multitudo Doctorum, & quòd communis dicatur ſententia contraria. Gabriel. *concl. ſupra alleg.* Nam 1. notum eſt, quòd communi opinioni non credatur, nec judex eam ſequi debeat, ſi contra jus expreſſum eſt. Gail. *1. obſerv. 153. n. 5.* Vivius. *comm. opin. lib. 1. §. judex in judicando.* allegati plurimi à Henrico Nebelkræ. *in deciſ. 6.* Nunc autem ipſi diſſentientes confitentur, quòd altera opinio de jure ſit verior, & ſecundum eam in Senatu Sabaudiæ judicatum Gratian. *dict. diſcept. num. 2.* ubi Anton. Fabr. Mantic. aliosque plures hoc dicentes allegat.

15 Deinde, ſi ex numero Doctorum, hoc in caſu, vel etiam ex autoritate Doctorum, communis opinio æſtimanda eſt, certè magnum erit dubium, à cujus opinionis parte major & celebrior pars ſtaret.

Pro tertio, benè notavit Gratian. *dict. diſcept. n. 37. & ſeqq.* quòd omnes loquantur de obſervantia curiarum. Quæ obſervantia, ut certi loci ſeu civitatis, ad aliam extendi non debet. *l. 3. in fin. ff. d. teſtam.*

Licet ergò, ait, opinio iſta per conſuetudinem fuerit convalidata, non tamen erit recedendum à contraria, quæ de jure verior eſt. Nam Doctoribus de conſuetudine & praxi teſtantibus, ſtandum eſt quoad ea loca, in quibus ipſi ſunt verſati, non autem in aliis, quorum notitiam habere non præſumuntur.

16 Cùm igitur Doctores diſſentientes, ſint Itali, Galli, & ſic exteri, quos fortè aliqui è Germanis ſecuti ſunt, ex illis tamen non probatur, quòd de jure valeat teſtamentum nuncupativum, in quo per relationem facta eſt inſtitutio heredis, imò de jure contrarium verius eſſe dicunt. De obſervantia Germaniæ nihil teſtantur nec teſtari poſſunt. Jam ergò conferatur obſervantia Mediolanenſis, vel alterius civitatis Italiæ, & juris Romani ſcripti ac veriſſimi autoritas. Si quæritur, quodnam ex his Judex in Romano Imperio obſervare, & quomodò judicare debeat? Certè ad Italiæ conſuetudinem non juravit, ſed ſecundum leges, veritatem & conſuetudinem Germaniæ; ad has igitur, non ad illas reſpicere debet. *auth. hodie C. de judic. Ordin. Cam. 1. tit. 57.* Verùm his omiſſis, dato & conceſſo, quòd ſecundum contrariam communem opinionem fortè in curia, in qua hæc lis pendet, etiam pronunciari ſoleat, & teſtamenta nuncupativa implicita pro validis judicari: illud ipſum tamen, in noſtrò caſu, neutiquam fieri poteſt, cùm teſtamentum productum inſanabilibus laboret vitiis, adeò ut teſtamentum implicitum dici nequeat. Et ſic falſum eſt, quòd hoc per relationem conditum, vel heres ullo modo inſtitutus inveniatur.

Conſtat enim è jure noſtro, quòd teſta- 17
mentum ſine heredis inſtitutione non valeat. *§. ſed & ante. Inſtit. de legat.* Quæ hæredis inſtitutio à teſtatore in nuncupativo teſtamento fieri debet, nominatione expreſſa, vel ut Doctores diſſentientes volunt, quoque per relationem. Ita ut teſtator ſe referat ad aliam ſchedulam vel ſcripturam, in qua ſit ipſius heredis nomen expreſſum. Clarus, *dict. quæſt. 36. n. 2.* Cujus neutrum hoc noſtro in caſu factum eſt: nam expreſsè nominatum non eſſe, in confeſſo eſt, per relationem illud factum eſſe, ex nullo probatur. Imo nec hoc modo nominatum eſſe, conſtàt è depoſitione teſtium omnium ad interrog. ſpecial. 3. & 4. ubi interrogati, num teſtator mentionem hæredum in ſchedula ſcriptorum fecerit, unanimiter deponunt, quòd planè non. Quomodo ergò defunctus per relationem hæredem nominaſſe dici poteſt?

Imò pergunt teſtes, & per averſionem heredis inſtitutionem, neq; ore, neque in ſchedula factam eſſe dicunt. Ita teſtis 1. ad artic. 23. Es habe der Notarius vermeldet / daß das Teſtament ſeines Herꝛn S. Haußfraw betreffe / alſo vnnötig ſeye / den Teſtamentzettel den Zeugen vorzuleſen. Teſtis 5. ad eundem art. dicit, der Notarius habe gemeldt / daß das Teſtament gar groß ſey / ſey vnnötig / daß es vorgeleſen werde / ſey der Innhalt / daß der Herꝛ S. der teſtator vnd ſeine Haußfraw / gegen einander das Gut jhr lebenlang zunieſſen vermacht haben. Idem apud eundem artic. dicit teſt. 6. Et quòd hoc verum fuerit, nullam nempe factam fuiſſe heredis inſtitutionem, ſed tantùm legata relicta, ulterius ex teſtium depoſitionibus habetur. Ita enim teſtis 4. apud interrog. 4. ſpecial. deponit. Der Notarius habe vermeldet / daß den rechten natürlichen Erben (ab inteſtato venientibus) nichts benommen ſey.

Nunc autem teſtator præſens omnia hæc audivit, iis acquievit, nec quicquam è verbis Notarii correxit. Ergo probaſſe cenſetur, ac habetur, ac ſi ipſe pronunciaſſet, *arg. §. præterea. §. quò tres. Inſtit. de inutil. ſtip. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de V. O.*

Unde ſatis probatum eſſe videtur, quod 18
nec implicita, nec explicita facta ſit hæredis inſtitutio, & ſic teſtamentum nullum ſit, cùm tamen ad inſtitutionem, per relationem

faciendam,

18 faciendam, pro forma, ſecundùm Doctores requiratur, ut teſtator ad teſtes dicat, inſtituo hæredem illum, quem ſcripſi in hac ſchedula. Covarr. *in cap. cum tibi. 13. num. 7. de teſtam.*

Deinde & pro ſecundò, omnes Docto-
19 res, qui implicitam illam nuncupationem probant, intelliguntur, & ſeipſos explicant, quando res, ad quam fit relatio, ſit indubitata, & adeò certa, ut de ea non controvertatur, num illa ſit, de qua teſtator ſenſit. Covar. *dict. loc.* Menoch. *conſ. 639. num. 15.* Et per claras probationes de identitate conſtare debet, ut Clarus *dict. quæſt. 36. in fin.* & multi allegati à Gratian. *dict. diſcept. 963. num. 45.* tradunt.

Si autem jam in noſtro caſu, de certitudine hujus rei quæritur, certè nihil minus deprehenditur, quàm aliquid certi, ſed omne eſt ſuſpectum. Schedulam ipſam oſtenſam à teſtatore quod attinet, planè eſt incerta. Nam teſtis 2. ad ſpecial. interrog. 2. deponit, wiſſe nit / ob der Teſtator ein Zettul in der Hand gehabt oder nicht. Teſtis 3. ad interrog. ſpec. 3. ait: Zeuge hab keinen Zettul geſehen. Et ita hi duo nullam ſchedulam viderunt, quomodo ergò identitatem probabunt, cùm non entis nullæ ſint qualitates, *per vulg.* Reliqui teſtes adeò incerti ſunt, in deſcriptione ſchedulæ, ut nihil certi probari poſſit. Teſtis 5. ad artic. 19. deponit, der Notarius habe gemelt / daß das Teſtament gar groß ſey. Idem ad ſpec. interrog. 2. & 3. dicit, es ſey ein klein Zettul geweſen. Teſtis 6. ad artic. 19. dicit, daß Teſtament ſey verſchloſſen geweſen. Teſtis 7. ad ſpec. interrog. 2. es ſey das Teſtament dicker geweſen / als producenten articulirte / vnd jhm vorgeleſene Klag. Quot foliis autem conſtet libellus articulatus, Dn. judex ipſe perſpicere poteſt, & conferre hæc omnia cum illis, quæ Notarius in inſtrumento de illo ſcripſit, quando dicit, vnd in acht papieren Blättern begriffen. etc. Ex quibus clarè patet, quòd non tantùm ſcriptura, ad quam relatio facta eſſe dicitur, planè incerta ſit & dubia, ſed etiam identitas ejus nunquam probari potuerit. Nec juvabit heredem prætensè inſtitutum, quòd jam in inſtrumento à Notario confecto, poſitum ſit, ſchedulam, prout verba inſtrumenti ferunt, à teſtatore ita conceptam ipſi traditam fuiſſe.

Nam primò Notario non creditur ſine te-
20 ſtibus, Menoch. *dict. conſil. 119. n. 22.* Nunc autem nullus eſt ex omnibus teſtibus, qui de traditione ſchedulæ Notario facta teſtetur.

Deinde in teſtamentis Notario non plus
21 creditur, quàm uni teſti. *l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. facer. poſſ.* ideòque in hoc nullam fidem merentur. *l. juriſjurandi. C. de teſtib.* Et poſito, quod inſtrumentum traditionem probet, non tamen probabit eandem, & ea ejus fuiſſe contenta, quæ in inſtrumento ſcripta ſunt, aliàs teſtes ſervirent de vento.

Pro tertio, Doctores, qui teſtamenta per relationem probant, ut de identitate conſta- 22
re poſſit, requirunt, ut ſchedula illa ſit clauſa & obſignata, & Notarius in tergo ipſius apponat tempus, & nomina teſtium, & rogitum, videntibus teſtibus, ne poſtea contingat dubitari. Maſcard. *concl. 1353. num. 73. de probat.* Coſta. *de remd. 82. num. 4.* Clarus *in dict. §. teſtamentum. quæſt. 4. & 36.* Pariſ. *conſil. 19. num. 26. lib. 3.* Sed nec hoc factum eſt in noſtro caſu.

Nec certè identitas è ſubſcriptione, quam dicunt eſſe teſtatoris, probari poteſt, tum 23
quia ſubſcriptio, quòd manu teſtatoris facta ſit, probata non eſt.

Nec etiam probari poteſt per compara- 24
tionem, quia hæc ſola non habet certitudinem, ſed plura requiruntur. Menoch. *de arbitr. jud. caſ. 114. per tot.* Et Dd. *in l. contractibus C. de fide inſtrum.* & quos conſulens in deductione probationis ſuæ allegavit. Valdè enim periculoſum eſt, quia multi ſciunt imitari literas. Surd. *conſil. 187. nu. 27. lib. 2. Gl. & Salyc. in l. comparationes. C. de fide inſtr. num. 3.* Maximè hoc caſu, quo poſſibile eſt, dato ſcil. quòd ſubſcriptio ſit ipſius teſtatoris, quod teſtator antea vel poſt ſcripſerit ſcripturam, quæ planè ſine conſule & die eſt, & ſic non ſit illa eadem, quæ in actu coram Notario poſita fuiſſe dicitur, & ita nullo modo identitas probatur. Menoch. *conſil. 913. n. 45.* Gratian. *loc. alleg. num. 54.*

Pro quarto, eſt concluſio Doctorum, 25
quòd teſtamenti nuncupativi ſcripturâ non publicatâ & lectâ coram teſtibus, ſi teſtator id fieri voluit, teſtamentum reddatur nullum, ſeu teſtamentum eſſe, inde non probetur. Maſcard. *de probat. concluſ 1353. num. 73. & ſeq.* ubi plura allegat. Quòd autem teſtator juſſerit ſchedulam illam teſtibus prælegere, ipſe Notarius in inſtrumento poſuit. Quòd verò lecta non fuerit, id ex depoſitionibus teſtium clarè liquet, ut ſupra demonſtratum.

Quintò, Inſtrumentum productum etiam ex eo nihil probat, quia in multis, & quidem in ſubſtantialibus falſum reperitur. Poſuit, quòd ſchedulam teſtibus prælegerit. Sed factum non eſt. Item quòd teſtatorem Notarius interrogaverit, num hæc ipſius conſtans ſit voluntas. Quod tamen factum non eſt. Notarius, der Teſtator ſey gutes Geſprächs geweſen. Teſtes aliud teſtantur. Nam teſtis 2. ad artic. 23. ait: der Teſtator habe zwar geredt / aber weil jhn die Hand Gottes gerührt / vbel heraus bringen können. Idem ad interrog. ſpecial. 2. ait: Teſtator habe zu den Zeugen / doch ſchwächlich geſagt / daß ſey ſein letzter Wille.

Objicitur quoque error in tempore in-
ſtrumenti confectionis: magis etiam ſuſpe- 26
ctum reddit, quòd ſchedula clauſa non fuerit, & ad hunc uſque diem apud Notarium

ſteterit, quod magnam ſuſpicionem parit, ut poſt multos Doctores conſulit Menochius, *dict. conſ. num. 40.* ubi etiam hoc conſuluerat, quòd veriſimile non ſit teſtatorem voluiſſe, quia vir prudens fuit, excludere illos, quos amavit: ipſum autem amaſſe uxorem conſulentis probatum eſt. Et certè non caret ſuſpicione, quòd omnia clam conſulente facta fuerint; ſepultura defuncti, & teſtamenti apertura, cùm tamen uxor ejus fuerit proxima cognata.

Et quamvis pars adverſa, hæc nomine erroris commiſſi excuſare conetur, & quòd ipſi error Notarii nocere non debeat. Ipſum tamen non relevat, cùm non omnia Notario adſcribi poſſint, ſed præcipue ipſi defuncto, qui ita inutiliter teſtari voluit, cùm facilè viam præſcriptam ingredi potuiſſet. Et hac ratione omnia teſtamenta, propter omiſſas ſolennitates neceſſarias, nulla & inutilia,
27 ſalvari poſſent. Sed quia teſtamenta formam à jure publico habent, ſine illa conſiſtere non poſſunt, nec hæc à privatis mutari. *l. teſtandi. 13. C. de teſtam. l. jus publicum. ff. de pact. l. 3. ff qui teſtam. facer poſſ* Nec quisquam cavet, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant. *l. nemo poteſt. de leg. 1. l. ſi quando. ff. de inoff. teſt c. requiſiviſti. c. tua nobis. extr. de teſtam.* Sichard. *ad dict. l. 13. C. de teſtam.*

28 Accedit, quòd talia vitia nomine erroris non excuſentur, ſed in delictum incidant, & dolus præſumatur. *l. jubemus. C. de teſtam. in fin. ubi* Sichard.

29 Nec pars adverſa audienda erit, ſi dicere velit, in dubio pro teſtamenti validitate eſſe pronunciandum. *l. ſi pars. in princ. ff de inoff. teſt l. in ambiguis ff. de R. I. l. ſunt perſonæ. ff. de relig & ſumpt. fun. c. fin. extr. de ſent. & re judic. l. cancellaverat. in fin ff. de his quæ in teſt del. l. ſi quis hæredem in fin. C. de inſtit. & ſubſt* Cauſa enim teſtari favorabilior eſt quàm inteſtati. *gl* Dec. & alii *in l. quamdiu ff de R. I. & Dd. in l. quamdiu. ff. de acquir. vel amitt. hæred.* intereſt hominis, teſtatoris & herèdis honor eſt, potiùs cum, quàm ſine teſtamento decedere. *§ 1. inſtit. qui manum. non poſſ. princ. Inſtit. de legat. l. & quia. ff. de interrog act.* imò homini mortuo nihil magis debetur. *l 1 C. de SS. Eccleſ.*

30 Et pœna eſt teſtatoris, nullitas teſtamenti. *l. fin. C de poſth hæred. inſtit.* Corn. *conſ. 53. n 3. vol. 4* Et homines naturaliter obligati ſunt, ad teſtamentum minus ſolenne ſervandum. *l 2. C. de fideicomm princ. inſtit. de fideicommiſſ. hæred* Nam illud in dubio verum eſt, non quando de nullitate expreſſe conſtat. Quod enim ipſo jure nullum eſt, nemo in alterius præjudicium convalidare poteſt. Menoch *lib. 4. præſumpt. 10. n. 18. & ſeq.* Alciat. *de præſumpt reg. 3. præſumpt. 34. num. 3.* Maſcard. *d concl. 1353. in fin.* Mantic. *lib. 2. de conject. ult. vol. tit. 9. num. 1.*

Sic etiam non obſtabit, quod Doctores 31
quidam dicunt, teſtamentum in ſcriptis factum, ſi ſolennitas aliqua deeſt, valere in vim teſtamenti nuncupativi impliciti. Quia ergò hoc noſtro caſu, teſtamentum in ſcriptis factum, ſeptem teſtes adhibiti, & alia requiſita adſunt, ſequi, quòd valeat in vim dicti teſtamenti. Gail. *2. obſ. 112. n. 17.* Wel. *conſ. 29. n. 18. & plurimi allegati in conſil.* Coth. *22 n. 175.*

Nam diverſa hæc ſunt, teſtamentum eſſe 32
nuncupativum, & valere in vim nuncupativi. Anonymus inter Cothman. *conſil. 22. vol. 5. n. 176. & ſeqq.* Nam ad illud reſpondetur: illud eſſe verum, ſi teſtator in ſcriptis teſtari voluit, & aliquid è ſolennitatibus omiſit, ut ſi fortè unus è ſeptem teſtibus non ſigillavit. Aliàs, quando teſtamentum, quod in ſcriptis quis facere voluit, non habet ſolennitates nuncupativi teſtamenti, etiam ut nuncupativum non ſuſtinetur, prout Vaſqu. *loc. cit.* docet, & ex mente omnium Doctorum eſſe dicit Menoch. *dict. conſil. 313. nu. 34.* Et ſic pro nullo habetur.

Nihil magis nocebit, ſi clauſulæ inſtru- 33
mento inſertæ objiciuntur, ut eſt codicillaris, ſi non valet ut teſtamentum nuncupativum, valere debet ut codicillus, cujus effectus eſt magnus, & fideicommiſſum incidit, ſi teſtamentum non valet, ut allegati ab And. Gail. *2. obſ 114. num. 1. & 2.* docent.

Nam reſpondet Gratian *loc. cit. n. 58.* poſt 34
den/ daß auff ſelbigen dato eine eheliche Ver-
mählung/und freundlicher Heurahe ſich bege-
ben und zugetragen/auch dabey in perſönlicher
Gegenwertigkeit / und mit ſonderm Wiſſen/
Willen und Conſens der underſchreibnen Sal-
leut berede / angenommen / verwillige und be-
ſchloſſen worden. Nämblichen und fürs erſte/
daß ſie beede einander zum Stand der H. Ehe
hiemit nemmen und haben ſollen.

Quæ verba heut dato, hiemit / non aliam,
3 niſi præſentis temporis admittunt ſignifica-
tionem. Nam verba ex nunc, hiemit/ matri-
monium, non ſponſalia notant. Sotus, *4 diſt.
17. quæſt 2. art. 1. poſt 2. concluſ. verſ. Eſt ta-
men, &c.* & in terminis minùs fortioribus
traditum eſt: Accipio te & accipiam te in u-
xorem, ich nemme dich zur Ehe/ und will dich
zur Ehe nemmen / in vernacula noſtra haut
differre: & in dubio, ne fortè vera conjugia
ſub iſtiusmodi verborum decipulis diſtra-
hantur, pro nuptiis ſeu ſponſalibus de præ-
ſenti accipi debere, Schneidw. *ad tit. Inſtit.
d. nupt. part. 1. n. 5. & 6.* Beuſt. *de matrim.
part. 1. cap. 8.* Paul. Cypræus, *de jur. connub.
part. 1. cap. 4. §. 6. & §. 8. ad fin. & §. 12. n. 3.
& 4. uti etiam n. 10. & ſeqq.*

Quin etiam, ſi verba de futuro non re- 4
ſpiciant initium contractus, ſed ejus execu-
tionem, putà, habebo vel tenebo te, vel vo-
lo, aut placet mihi te habere, pro legitima
uxore, & ſimilia: per iſtiusmodi verborum
formulas non ſponſalia, ſed nuptiæ, ſeu ſpon-
ſalia de præſenti contrahuntur. *arg. cap. ex
parte. 9. extr. d. ſponſ. gl. in cap. ſi quis divi-
nis. in verb. habiturum. & ibi* Archidiac. *cauſ.
30. quæſt. 5.* Felin. *in cap. Rudolphus. ext. de
reſcript.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 3. n. 3. &
lib. 2. arbitr. jud. caſ. 496. num. 28. & ſeqq.*
Melch. Kling. *in tr. de cauſ. matrim. ſub ru-
bric. de ſponſal. de præſent.* Covarruv. *tom. 1.
de matrim. part. 2. cap. 4. §. 1. n. 5.*

Et porrò communiſſima utriusque fori
Doctorum traditio eſt: quòd in dubio, &
quando verba ſeu conſenſus præſtitus, tàm
de ſponſalibus de præſenti, quàm de futuro
intelligi poſſunt, ſponſalia de præſenti ma-
gis, quàm de futuro inita fuiſſe, præſumatur.
*arg §. omnis. & ibi Dd Inſt. de verb. obl. junct.
cap. licet in fin. ext. de teſtib. cap. fin. ext. de
re judicat. cap. quemadmodum. ubi etiam* Pa-
normitan. *ext. de jurejur.* Beuſt. *de jur. con-
nubior. part. 1. de ſponſal. cap. 8.* Author con-
ſultat Saxon. *part. 1. de contr. quæſt. 56. n. 15.*

Wann dann auß bißhero deducirtem er- 5
ſcheinet/ daß wir nicht in terminis ſponſalio-
rum, ſondern veri & rati matrimonii verſiren:
Als ſchlieſſet ſich ferner/ daß ſolch rechte Ehe/
durch fürgeſchützte exceptiones Einreden und
Behelff der Jungfraw Beklagtin / nicht ge-
ſcheiden / ſondern zugeſagter maſſen / mit dem
Kirchgang in allweg vollzogen werden müſſe.

Certum enim eſt axioma utriusque inter- 6
pretum juris: ſponſalia de præſenti, pro ve-
ro matrimonio haberi, ut latè deducit Er-
neſt. Cothm. *vol. 2. conſ. 78* & Schrader. *de
feud. part. 9. cap. 2. n. 13. & ſect. 8. n. 37.* Ac
ſponſalia per verba de præſenti contracta,
propriè nuptiæ, ſeu matrimonium eſſe di-
cuntur, cùm nempè de jure civili, à quo jus
canonicum, quoad rem ipſam, eatenus non
diſcrepat, haud concubitus, ſed conſenſus de
præſenti, nuptias conſtituat. *l. nuptias. 30. ff.
de reg. jur. l. cum hic ſtatus §. ſi mulier. 13. ff.
de donat. inter vir. & uxor. l. cui fuerit. ff. de
condit. & demonſtr. junct. cap. fin. extr. de de-
ſponſat. impub. cap. pen. ext. de ſponſalib. can.
matrimonium. & can. cùm initiatur. 51. cauſ.
27. quæſt. 2. can. aliter. cauſ. 2.* Panormitan.
in cap. fin. ext. de conjug. leproſorum. n. 3. ubi
ait, quòd ſponſalia de præſenti, matrimo-
nium, quoad ſui eſſentiam, conſummatum
etiam eſſe cenſeatur. Weſemb. *in parat. ff.
de ſponſal. n. 7. verſ. quod forte in ſponſali-
bus, &c.* Beuſt. *de matrimon. part. 1. cap. 7.
§. ult.* Schneidw. *ad tit. inſt. de nuptiis. part.
1. n. 15.* Vult. *ad princ. inſtit. de nupt. num. 11.*

Scurff.

Schurff. *conſ. 9. cent. 3.* Covarr. *tom. 1. part. 1. de ſponſ. cap. 1. n. 5. 6. & part. 2. de matrim. c. 1. n. 3. 4.* Authores, *conſult. Saxon. in append. matrim. part. 1. quæſt. 8. n. 2.*

7 Sponſus item & ſponſa de præſenti, ex propria etiam ſignificatione, appellatione mariti & uxoris continentur. *arg. c. conjux. cauſ. 27. quæſt. 2. cap. ex parte. 9. ext. de ſponſal. l. denique. 6. ff. de ritu nupt. d. l. cum hic ſtatus. 32. §. ſi mulier. 19. ff. de donat. int. vir. & uxor. d. l. nuptias. 30. ff. de reg. jur.* Panormitan. *in c. 1. n. 5. ext. de cler. conjug.* Berlich. *part. 3. quæſt. 25. n. 6. & 12.* Ex quo eſt, ut diſpoſitum de marito & uxore, etiam ad ſponſum & ſponſam de præſenti extendatur, veluti donationes inter ſponſum & ſponſam de præſenti, æquè ac inter maritum & uxorem ſunt prohibitæ. *l. penult. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. cùm in te. & ibid.* Bald. *Cod. de donat. ant. nupt.* Socin. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Eodemque modo, ſicut mater ad ſecundas nuptias tranſiens, tutela filiorum fungi nequit; ita & vidua, quæ cum ſecundo ſponſalia de præſenti contrahit, liberorum primi matrimonii tutrix eſſe nequit, Specul. *in §. nunc dicendum. n. 3. de tutor.* Item ſicut uxor ſortitur forum & domicilium mariti, ita & ſponſa de præſenti conſequitur forum & domicilium ſponſi ſive mariti. Felin. *in c. 1. ext. de ſponſal.* Jaſon. *in l. cum quædam. in pr. ff. de juriſd. omn. jud. gloſſ. in l. ea quæ. ff. ad municip.* adeoque ſponſa de præſenti cum alio rem habens, propriè etiam adulterium committere dicitur, *arg. l. ſi uxor. 13. §. Divi. 3. ff. ad l. Jul. de adult. gloſſ. in cap. diſcretionem 6. ſuper verbo. reatum. ext. de eo, qui cognov. conſang. uxor. ſuæ.* Et actio rerum amotarum, æquè adverſus ſponſam de præſenti, res ſponſi amoventem, atque adverſus uxorem conceditur. *arg. l. nihil. 15. ff. rer. amot.*

8 Imò & jure divino, ſponſa eſt & vocatur uxor, *Gen. 29. 21. Deut. 22. 23. Matth. 1. 20.* ubi angelus Domini ad Joſephum dixit: noli timere Mariam, uxorem tuam (quæ *v. 18.* erat Joſepho μνηστευθεῖσα, & tantummodo deſponſata) ad te aſſumere. Inde Philo Judæus, *in lib. de ſpecial. leg. pag. 1016. ad loc. Deut.* ſic annotat: ſponſalia tantundem valent, quantum nuptiæ. Ergo ſponſalia non ſunt diſſolvenda ob cauſas alias, quàm propter quas matrimonium ſolvi poteſt. Indeque Baſilius Monner. *in tr. de matrimon. part. 3. cap. 12.* Sponſalia de præſenti ſeu nuptias, concubitu nondum conſummatas, eò quòd jure divino, gentium & civili, verum matrimonium ſint, nec per diſpenſationem Pontificiam ſolvi poſſe, cenſet.

Wann nun dieſe Eheverlöbnuß ein rechtes matrimonium iſt/ vnd darfür gehalten werden muß/ als kan ſolches durch dieſes / daß der Kläger in Armut kommen/ oder in rei veritate ärmer geweſt / vnd vbeler qualificirt, dann man jhn tempore matrimonii contracti angeſehen/ ja wann er auch ſchon ein oder mehr delicta begangen/ vnd anjetzo vagabundus ſeyn muß/ deſſen halben nicht dirimirt, aufgelöſt oder geſchaiden werden.

Quippe error fortunæ, matrimonium non vitiat, *can. unic. §. fin. verſ. error fortunæ & qualitatis. cauſ. 29. quæſt. 1.* Covarruv. *tom. 1. de matrim. part. 2. cap. 3. § 7. n. 2.* Andr. Gail. *2. obſerv. 93. n. 12.* Schneidew. *ad tit. Inſt. d. nupt. part. 4. n. 58.* Beza. *de repud. & divort. part. 87. verſ. errore verò fortunæ.* Paul. Cypræus, *de jur. connubior. part. 1. cap. 13. §. 35.* Alberic. Gentil. *lib. 3. de nuptiis. cap. 4.* 9

Idemque juris eſt, ſi quis morboſam pro ſana, malè moratam, pro bonis moribus præditam, ſterilem pro fœcunda, omnium rerum inexpertam & ſegnem, quam peritam matremfamilias, & diligentem eſſe arbitrabatur, ex errore in uxorem duxerit: Iſtiusmodi enim qualitatum accidentalium error, matrimonium non dirimit. *d. can. un. verſ. error fortunæ & qualitatis. cauſ. 29. quæſt. 1.* Schrader. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 2. n. 37.* Schneidw. *ad eund. tit. part. 4. n. 59* Beuſt. *d. tract. de jur. connubior. part. 2. cap. 34. verſ. error qualitatis eſt.* Alber. Gentil. *de nupt. d. lib. 3. c. 3.* Paul. Cypræus, *de jure connub. part. 1. cap. 13. §. 39.* Et hûc pertinet quod idem Cypræus *d. cap. 13. §. 35.* ſcribit: Error fortunæ eſt, ſi pauper ſit, quem divitem affirmabant. Hic ſponſalia vel matrimonium non vitiat: cùm ad ſubſtantiam aut formam non pertineat. Idq; conſtitutione Friderici Regis Daniæ II. cautum eſſe notat: hac ratione, quæ ibi ſubjicitur; quòd levitas quædam non ſit ferenda, rem tanti momenti tractare, & alteri fidem de conjugio dare, antequam ejus conditionem & facultates exploratum habeas. 10

Et pariter in illa quæſtione error qualitatis, ſeu dolus antecedens, nempè qui ineundo matrimonio cauſam præbet, aliàs non ineundo, illud dirimat, veriſſimam omninò ſententiam eſſe, præclariſſimus Thom. Sanchez. *in admodum egregio tract. de matrim. lib. 3. diſp 18. num. 18.* tradit; Quòd is error ſeu dolus, non efficiat matrimonium involuntarium, quia *in c. cum in Apoſtolica. 18. de ſponſal* deciditur: matrimonium non irritari ex mendacio & ſubreptione, ad ipſum inducentibus, ut exponunt ibi Anton. *n. 3.* Alb. *n. 2.* Præpoſ. *n. 2.* Alex. de Nevo. *n. 3.* Etſi enim omnis error ſit cauſa involuntarii, attamen non omnis efficit involuntarium ſimpliciter, ſed is ſolus, qui eſt circa qualitatem per ſe, & ex natura rei requiſitam ad ipſius contractus eſſentiam. At dum qualitas ſe habet per accidens: ſolum involuntarium ſecundum quid, conſurgit. Et ratio hujus eſt; Quippè cùm nihil ſit volitum, quin præcognitum; quando error eſt in apprehenſione rei, non neceſſariæ ad eſſentiam contractus, 11

ipſiusque

ipſiusque finem, ſed in accidenti quodam; efficit, ut contractus ſit quoad eſſentiam voluntarius, ac proinde talis ſimpliciter; involuntarius autem ſecundum quid, & quantum ad accidens illud, in quo verſatur error. Et confirmatur: quia contractus ſtricti juris initi ex dolo, dante illis cauſam, valent: quòd cauſa, in qua erratur, ſit extra ipſorum naturam, Sanchetz. *lib. 4. diſp. 8. n. 10.* Cùm igitur error qualitatis contingat circa accidentia matrimonio; non illud vitiabit.

12 Sic pariter non diſſolvuntur ſponſalia, paupertate, vel alio infortunio ſponſæ vel ſponſi superveniente. Sanchez. *lib. 1. diſp. 59.* Etenim conjux omnium infortuniorum & calamitatum, alterutri conjugum evenientium, particeps redditur. *l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. 7.* ibi: quid enim tam humanum eſt, quàm fortuitis caſibus, mulieris maritum, vel uxorem viri, participem eſſe? *ff. ſolut. matrim. can. ſi uxorem. 18. cauſ. 22. quæſt. 5.* Huſan. *de hominib. prop. cap. 5. n. 25. & ſeqq.* Andr. Rauchbar. *lib. 2. quæſt. 20. n. 24. & 25.* Conjuges enim, maximè verò in neceſſitatibus, ſeſe mutuis operis ſublevare jubentur, nec alter ab altero diſcedere poteſt. *l. indignum. 3. ff. de his, quæ ut indignis auferuntur. l. quod ſi nolit. 31. §. culpam. 12. ff de ædilit. edict. l. quod in uxorem 13. ubi* Sichard *C. de negot. geſt.* Andr. Rauchbar. *d. lib. 2. quæſt. 22. n. 18. 21. 22. & 26.* Itemq; de morte civili, putà ſervitute ſeu deportatione, banno Imperiali, ut etiam aliis criminibus, ſubſtantiæ matrimonii non repugnantibus, matrimonium diſſolvi nequit. Dn Iohan. Kizelius, *in ſynopſ. matrimoniali, cap. 8. thear. 32.* Quòdque mortis pœnâ non ſubſecutâ, ſed leviori, putà infamiâ, relegatione, vel alia corporis afflictiva etiam, matrimonium non diſſolvatur, arguit *l. Res uxoris. 24. verſ. ſin autem. ibi. non tamen mors ex pœna ſubſecuta, C. de donat. int. vir. & uxor. l. 1. C. de repud. Novell. 22. cap. 13. & cap. 2. ubi etiam* Felin. Panormitan. *ext. de divart.* Et quantumvis pœna delicti unius conjugis, ad alterum conjugem innocentem, porrigi nequeat, *d. l. res uxoris. C. de donat. int. vir. & uxor.* attamen calamitas uni conjugum, conſtante matrimonio eveniens, alteri etiam communis eſt. *ſi cum dotem. 22. § ſi maritus. 7. ff. ſolut. matrim.* Beuſt. *de matrim. part. 2. cap. 13* Andr. Gail. *lib. 2. de pac publ. cap. 16. n. 21.* Schneidewind. *ad tit. inſtit. de nupt. part. 4. n. 49.* ubi ex ſententia D. Mart. Lutheri autumat, quòd uxor Caini fratricidam, poſt perpetratum tantum crimen, nihilominus ſecuta ſit. Beza, *de repud. & divart. pag. 213. verſ. Hactenus igitur. & ſeqq.* ubi quoque diſſentientium argumenta refellit. Etiamſi namq; maritus, vel propter commiſſum delictum, domicilium mutare cogatur, putà ſi carcerem, aliamve graviorem pœnam metuat, vel relegetur, aut in bannum declaretur, uxor eum dem nihilominus ſequi tenetur, *gl. in cap. 1. ext. qui matr. accuſar. poſſ.* Thom. Sànchez. *in tr. matr. lib. 1. diſp. 41. n. 11. 12. 13.* Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 13.* Proſper Farin. *oper. criminal. lib. 4. tit. 16. quæſt. 142. num. 261.* Schrader. *ad tit. inſtit. de nupt. part. 8. n. 142. verſ. ſive maritus, &c.* Hippolyt. Riminald. *conſ. matrim. diverſ. 81. n. 23.*

Drittens / kommet auch diß Orts ſelbiges 13
hierzu / quòd in dubio, an ſcil. matrimonium ſit, nec ne? in matrimonii favorem ſententia debeat ferri: quia matrimonii favor multus eſt: ut conſtat ex *c. ex literis. 3. de probat.* ubi deciditur, exiſtentibus probationibus paribus, judicem abſolvere debere, præterquã in liberali cauſa, ubi gl. *verbo, in liberali*, ait, idem in matrimoniis fieri debere. Sic & traditum invenimus, ordinariis diverſas ſententias proferentibus, præferri ſententiam in favorem rei, niſi in cauſa favorabili matrimonii; & ita docent, Ioh. Andr. *c. ex part. de ſponſalib. n 3.* Hoſtienſ. *ibi.* Ant. *num. 12.* Ancheran. *n. 7.* Henr. *n. 5.* Alex. de Nevo. *n. 27.* Præpoſ. *n. 6. in fin.* dicens omnes approbare. Card. *c. fin. n. 1. in fin. de clandeſt. de ſponſ* Abb. *c. fin. n. 7. de deſponſ. impub.* Lapus. *alleg. 56. n 14.* Alciat *lib. 1. reſponſ. conſ. 15. n. 15.* Menoch. *de præſumpt. l. 3. præſumpt 3. n. 9.* Brunell. *de ſponſ. concl. 5. n. 5.* Alex. Carter. *lib. 1. de ſponſ. cap. 12.* Anton. Cucus, *5. inſtit. major. tit. 11. num 156.* Maſcard. *de probat. concl. 1237. n. 3.* Hinc & infertur, opinionem ſingularem alicujus Doctoris, matrimonium ſuſtinentis, præferri plurimum ſententiæ, illud impugnantium, niſi textui aperto innitantur. Hoſtienſ. *cap. ſi vir. de cognat. ſpirit.* Johan. Andr. *n. 3.* Anchar. *n. 3.* Abb. *n. 3.* Henr. *n. 4.* Nevo. *n. 3.* Præpol. *n. 2.* Felin. *rubr. de ſponſ n. 6. verſ. 9.* Dec. *C. directa, n. 4. de appellat.* Barbat. *conſ. 6. n. 2. vol. 1.* Berojus, *cap. 1. n. 271. de conſtit.* Roſella, *verb. impedimentum, imped. 1. n. 7.* Aot. Gabr. *tom. 2. comm. concl. 11. fol. 95. col. 1. num. 1.* Menoch. alios referens, *de præſumpt. l. 2. præſumpt. 71. n. 30. & ſeq.* Ant. Cucus, *l. 5. inſtit. maj. tit. 11. n. 157.* & opinionem faventem matrimonio, vel cauſæ piæ præferendam eſſe, etiam probatur ex *c. licet ex quadam, in fin. de teſt. & atteſt. ibi:* tolerabilius eſt, aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, quàm conjunctos legitimè contra ſtabilita Dei ſeparare.

Rationes decidendi.

Obwol nun jetzt auffgeführte dubitandi rationes, vnd was noch ferners in eum ſenſum, für den Klägern ex actis eruirt, vnd herfürgebracht werden möchte (wie auch gleichmäſſig in reiffe deliberation gezogen / vnd allein geliebter Kürtze halb allhie auffzuſetzen vnderlaſſen) nicht ringer Importantz: So ſeynd wir doch der einhelligen / endlichen / vnd vnſers

theils /

theils gantz vnzweifeligen Meinung / daß vnverhindert vorgegangener Eheberedung / wie ſtarck vnd bündlich ſelbige auch immer anzuſehen / nichts deſtoweniger habita ratione omnium circumſtantiarum, ſo in den actis hin vnd wider eingeführt / bewiſen vnd erſtritten / die Jungfraw Beklagtin zu Vollziehung ſolcher Ehegelübd / in keinen weg zunöhtigen / ſondern dero Vollſtreckung mit gutem Gewiſſen verwaigern / auch conſequenter durch den Herrn Richter könne vnd ſolle von dem Klåger geſcheiden / vnd angemaſter Klag entbunden werden. Worzu vns folgende / vnd zuverſichtlich invictarum rationum pondera, prægraviſſima ſanè, bewegen vnd verleiten thun.

14 Et quidem primum noſtræ opinationis argumentum (ſeu potius evidentaie, & præparatio ad ſubſequentem deductionem) innititur, & deſumptum eſt ab omnium ſponſaliorum generica conditione & natura. Omnia etenim ſponſalia, propriè ſic dicta, ita ſunt comparata, ut tantùm ſint de futuro; notant enim, accuratè loquendo, ſolennem futurarum nuptiarum ſponſionem, ac definiuntur, quòd ſit mentio ſive interrogatio & repromiſſio futurarum nuptiarum, *l. 1. ff. de ſponſal. cap. Noſtrates. 30. quæſt. 5.* Hoc cùm ita ſit, monent Theologi & JCti in omnibus ſponſalibus, etiamſi publicè & purè contrahantur absque conditione, hoc eſt, in omni conjugii promiſſione, quæcunque illa tandem ſit, & qualitercunque comparata, ſemper ſubaudiendam hanc eſſe conditionem, *niſi quid intervenerit*, quod promiſſionis impletionem, id eſt, matrimonii inchoati ratificationem & conſummationem impediat. Quia ergò omnia ſponſalia, etiam purè & absque conditione de præſenti contracta, nihilominus ſemper hanc conditinnem includunt, (*niſi aliquid intervenerit, quod ratificationem & conſummationem impediat*) tunc ſequitur, ſi hæc conditio haut impleatur, & ſufficiens cauſa, conſummationem inchoati matrimonii impediens, interveniat (quales certè in hoc noſtro caſu plures adſunt) quòd illa omnia, non quidem privatâ authoritate, attamen publicè à judice, diſſolvi & reſcindi queant, & ad inſtantem petitionem partis innocentis, omninò debeant reſolvi.

Vnd diſes Argument noch mehr zubeſter-
15 cken / ſeynd allhie folgende zween Puncten in guter Obacht zuhaben. Daß nämblich (1) gegenwertige Eheverlöbnuß keine rechte würckliche / ratificirte vnd confirmirte Ehe / ſondern ſui naturâ, ex menteque contrahentium, & ipsâ legis atque conſuetudinis interpretatione, allein pro ſponſalibus, ſoleniter quidem & publicè celebratis, minimè autem pro matrimonio ritè & omninò indiſſolubiliter contracto, zuhalten. Vnd dann (2) daß dergleichen / publicè adhibitis teſtibus, & in præſentia Eccleſiæ miniſtri contrahirte vnd celebrirte ſponſalien / ehe vnd dann gehörige Verkündigung / offentliche benediction vnd Einſegnung vor dem Angeſicht der H. Chriſtlichen Kirchen / vorgegangen / vnd durch Beſchlagung der Decken conſummirt oder vollzogen worden / durch viel ringere Vrſachen vnd occaſionen / dann ſonſten in vero & conſummato matrimonio vonnöhten / widerumb dirimirt, authoritateque publica & legitima auffgelöſt / talesque deſponſati von einander geſcheiden werden mögen. In Erwegung / daß in hieoben erwehnten / vnd bey den actis, ſub *num 6.* befindtlicher Eheberedung geſetzet / daß gleichwol ſie beede einander zum Stand der heiligen Ehe hiemit nemmen: Doch erſt / in künfftig / zu ihrer Elter / Vögt vnd Verwandten Gelegenheit / vnd rahtſamb Bedencken / ſolchen Verſpruch gegen einander nach Chriſtlicher Ordnung / mit dem offentlichen Kirchgang confirmiren / bekräfftigen vnd vollziehen ſollen: Welches in rei veritate nicht anderſt gedeitten werden mag / dann daß man dazumal offentlichen Handſtreich halten / futuras nuptias promittiren / gar nicht aber rechte Hochzeit oder ein Ehe hiemit machen wollen. Et ſanè attendendum eſt, de quo tunc temporis tractabatur.

Si enim de matrimonio tractatio fuit in- 16
ſtituta, verba dubia, cenſendum eſſe conſtituere matrimonium: & ſi de ſponſalibus, ſponſalia; ut colligitur ex *c. intelligentia. 6. de verb. ſign.* & docent Palud. *4. d. 27. quæſt. 2. a. 4. concluſ. 5. n. 27.* Veracruz. *1. p. Spec. à 17. dub. 2.* Et pariter in dubio favendum eſt fœminis, quia ſimpliciùs res tractare ſolent, faciliùsque à viris decipiuntur. Enriquez. *l. 11. de matrim. cap. 11. num. 6.* Barth. à Ledes. *dub. 9. de matrim. fol. 1234.*

Quòd item ſpoſalia non importent matri- 17
monium, etiamſi adſint mixta verba executiva, quæ de ſe important matrimonium, quando talis executio in futurum tempus eſt dilata, in terminis docet Aretinus, *conſil. 142. ex facto proponitur. num. 4.* Quodque quando Parochus & teſtes ſponſalibus (etiam juramento ſtabilitis) interſunt, inde legitimum, verumque matrimonium non inducatur, irrefragabiliter docet Sanchez. *lib. 3. diſp. 40. n. 4. & ſeqq.* Cùm per hæc, natura ſubſtantialis contractus minimè immutetur: ſed firmior tantummodo reddatur. Indeque publica ſponſalia definiuntur, quæ fiunt feſtivitate ſponſalium, & turbâ amicorum congregatâ, & maximè, ſi ſunt contracta in Eccleſia. Bal. *conſil. 148. In caſu propoſito. circ. fin. num. 13. verb. quæ autem fiunt. lib. 1.* Cypræ. *de ſponſalib. cap. 10. §. 1. & 2.* ubi ait: Cùm omnia in Eccleſia Dei fieri debeant εὐτάκτως. honeſtas ipſa & decori ratio poſtulat, ut ſicut alii magni momenti actus, ita & hic contractus, adhibitis & corrogatis propinquis & teſtibus,

& autho-

& authoritate eorum, in quorum poteſtate ſunt, ineatur. Tum quòd nulla ſit conventio aut obligatio, quæ majorem deliberationem aut conſultationem requirat; cùm matrimonium ſit conjunctio & communicatio animæ, corporis & bonorum, quæ omnia hoc vinculo in unum coaleſcunt: tùm quòd ea, quæ clam inter virum & mulierem aguntur, turpitudinis ſuſpicione laborant, imò dolo inita præſumuntur. Indeque apparet, hæc omnia, quæ in noſtro caſu intervenerunt, ad legitima ſponſalia requiri: minimè verò neceſſeriò importare, ut ea pro vero matrimonio debeant haberi.

18 Et licèt hîc (quod & in dubitandi rationibus urgebatur) verba adſint, præſentem denotantia conſenſum & promiſſionem; ſciendum tamen eſt, omnia ſponſalia (quæ à promiſſione, de contrahendis cum aliqua ſponſalibus, omninò ſunt ſeparanda. Kitzel. *cap. 5. theor. 1. lib. 6.*) continere præſentem aliquam ſtipulationem, ſed quæ futurum aliquod factum, nempe nuptiarum celebrationem, reſpectet. Tarnovius, *lib. 1. de matrim. cap. 83. quæſt. 1.* Quo eodem ſenſu Cypræus, *d. part. 1. cap. 2. §. 2. num. 4.* ſcribit: ſponſalia quacunque oratione aut verbis concepta, ſui naturâ in futurum reſpiciunt, nuptias ſcil. in quibus uxor ducitur. Nuptiæ enim, ſponſalia, ſpacio temporis quodam ſubſequuntur, & poſteriores ſunt; neq; uno momento fiunt, nec fieri debent, ſed tractibus ſeu conventionibus duabus. Vnde idem Cypræus, *cap. 4. §. 4.* diſtinctionem ſponſaliorum in præſenti & de futuro, in dubium vocat, & ait *num. 2.* veterum ſponſalia verbis præſentia temporis accepta fuiſſe, & quod vera ſponſalia vix aliter concipi queant. Qui idem *§. 9. n. 1.* ſcribit: Si verbis futuri temporis quis uſus eſſet, verbi gratiâ, ſpondebo aut deſpondebo tibi filiam, non rectè ſponſalia facta dici poſſent; quod his verbis ſponſalia promittantur contractum iri, non autem contrahantur. Aliud vero eſt promittere, aliud facere. Aliud ſeſe obligare, & contractum abſolvere, aliud promittere obligationem futuram. Et qui ſe facturum promittit, nondum facit. Unde qui verbo futuri temporis utitur, ſatis innuit, ſe hoc tempore, ſeu inſtanti, quod promiſit, facere nolle, ſed rem differre. Veluti cum Raguel, Angelo hortanti, ut filiam ſuam Tobiæ det, promittit ſe eam deſponſurum: Ne dubites, inquit, quin eam illi ſim deſponſurus: nondum deſpondiſſe, aut ſponſalia contraxiſſe, dicitur; ſed tunc demum, cum promiſſio de præſenti ſubſecuta eſt, Filiam meam, ut par eſt, accipe, tibi habe, quia conſanguinei eſtis. Confert huc, quod ille idem Cypræus, *d. part. 1. §. 10.* ex D. Luthero refert; nach gewohnlicher weiß muß ein offentliche Verlöbnuß/ per verba de præſenti geſchehen/ vitandæ ambiguitatis cauſâ. Itaq; Romani unico verbo, ſpondeo, in conſtituendis ſponſalibus uſi ſunt, tanquam omnium firmiſſimo, & minimè ambiguo.

Et porrò eleganter jam ſæpe laudatus Cypræus, *cap. 11. §. 8.* duplicia inſtrumenta nuptialia eſſe, ait: Inſtrumentum ſcilicet ſponſaliorum, & inſtrumentum acceptionis, vel actus ipſius accipiendi vel traditionis; quo continetur, uxorem traditam, ductam & acceptam eſſe à marito, & quòd ſeſe obligaverit maritus ad ea præſtanda, quæ maritus uxori debet. Quod idem Cypræus, *cap. 5. § 2. num. 3.* Pontificum & ICtorum reſponſis firmat, ubi ſcribit: Et ne quis putet hæc in deſuetudinem abiiſſe, adhuc apud omnes totius Chriſtianitatis gentes obtinet, ut primùm puella deſponſata conſentiat: deinde nuptiis ſubſecutis, coram tota Eccleſia copulanda, rurſus geminet, ac ratificet conſenſum, priùs in ſponſalibus expreſſum. Quæ geminatio firmitatem propoſiti & voluntatis arguit: Everhard. *in loco à vi geminat.* conſenſumq; vel fœdus maritale conſtituit. 19

Inſonderheit / da man notiſſimam Germaniæ conſuetudinem, imò ipſos notiſſimos juris effectus anſihet/ wird ſich hell vnd Sonnenklar entdecken; quòd ſponſalia etiam ſolenniter teſtatò, publicèque contracta, à vero matrimonio & nuptiis, individuam vitæ conſuetudinem importantibus, & quæ maris & fæminæ conjunctio definiuntur, in viel weg zuvnderſcheiden. Siquidem ante matrimonii conſummationem, ſponſa pleno jure mariti non eſt, tàm naturali, quàm divino. *Geneſ. 3. v. 16. Eph. 5. v. 22. & ſeqq. c. honorantur. cauſ. 32. quæſt. 2* Cypr. *d. tract. de jur. connubior. part. 1. cap. 5 §. 12. num 3. & §. 13. per tot.* 20

Ut maximè enim uxor, poſt contractas nuptias, mariti ſui forum & domicilium ſequatur. *l. exigere. 65. ff. de jud. l. cum quadam puella. 19. ff. de juriſd. omn jud. l. ult. §. item reſcripſerunt. 3. ff. ad municip. l. ult C. de incol.* attamen hoc ipſum fallit in ſponſa de futuro, quæ ante celebratas nuptias, domicilium non mutat. *arg. d. l. cùm quadam. 19. ff. de juriſd.* Cypr. *de jur. connub. d. part. 1. c. 5. §. 15.* 21

Etiamſi item nullis agnatis aut cognatis, intra decimum gradum extantibus, maritus & uxor de jure communi ſibi invicem ſuccedant, ſponſus tamen ſponſæ, & è converſo ſponſa ſponſo ita defuncto, nunquam ſuccedit, Bald. Salic. Alexand. & Iaſ. *in l. 1. C. unde vir & uxor.* Bald. *in l. fin. C. unde legit.* Bald. *conſ. 90. in fin. lib. 2.* Schrader. *ad tit. inſtit. de nupt. pag. 1. n. 21.* 22

Et generalis eſt conſuetudo, totius orbis, nec dotem nec aliud lucrari conjuges, ſi matrimonium non fuerit concubitu conſummatum. Boer. *deciſ. 22. n. 33. 36. 38* Cœvall. *opin. com contra com. q. 11.* Concen. *2. q. var. c. 2.* Gail. *lib. 2. obſ. 80.* Rol. à Vall. *d. lucro dot. quæſt. 106.* Fr. à Solis, *d. lucro dotis. quæſt. 13.* 23

P Ac porro

Geneſ judic. c 14. Luc. 14. Matth 22. l. mulierem. 5. in fin. ff. de ritu nupt: l. ſancimus. 24. ibi: *niſi ipſa nuptiarum accedat feſtivitas. C. de nupt.* Latè & eleganter Arniſ. *de jur. connub. c. 3. ſect. 12. n. 18. 19. & ſeqq.* Donell. *13. comment. cap. 20. verſ reſtat ritus & ſolennitas.* Beuſt. *de jur. connub. p. 2. de matrim in præfat. §. fuerunt & gentium.*

31 Et inprimis deductio ſponſæ in domum ſponſi, non ad ſolemnitates tantùm, ſed etiam ad perfectionem & ſubſtantiam matrimonii requirebatur. Hotoman. *5. obſ. c. 9.* Cypr. *de jur. connub. part. 1. cap. 5. §. 5.* Hujus in locum hodie in orbe Chriſtiano, benedictio ſacerdotalis, coram facie Eccleſiæ ſucceſſit, *cap aliter. 1. cauſ. 30 quæſt. 5. can. 4. cauſ 3. quæſt. 4. c ult. ext. de clandeſt. deſponſ.* Concil. Trident. *ſeſſ. 24. c. 1 & ibi etiam* Chemnit. *in exam. ſuo. Novell Leon. 89.* Harmenop. *lib. 3. tit. 4.* Weſenb. *in parat. ff. de rit. nupt. n. 5.* Petr. Peckh. *de teſtam conjug. lib. 1. c. 5. n. 6.* Cypr. *de jur. connub. part. 1. cap. 5 §. 6. item c. 11. §. 15. & §. 10.* Arniſ *de jur. connub. c. 3. ſect. 12. n. 1. item n. 10. & ſeqq.* eleganter Beuſt *de jur. connub. part. 2. in præf. §. quod verò ad noſtras ceremonias attinet, &c.* Ern. Cothman. *reſponſ 34 n. 99. vol. 3.*

32 Et tandem requiritur ad plenariam ac indiſſolubilem matrimonii conſummationem, in thalamum deductio, idque requiſitum deficit in noſtrò caſu. Quamvis autem, ut ſupra à nobis dictum fuit, nuptias non concubitus, ſed conſenſus efficiat; attamen conſenſus iſte matrimonium non plenè perficit, ſed ad complementum ejusdem (non minus ac emptionis venditionis contractus, conſenſu quidem conciliatur, ſed traditione demùm conſummatur. *l. 1. & 2. ff. de peric. & commod. rei vend*) matrimonii initiati conſummatio ulterius requiritur. *c. ex publico 7. ubi gl & Dd junct. c. ex part. 9. ext. de converſ. conjugat. can. in omni, 36. cauſ. 27. quæſt. 2. d. c. aliter. 1. cauſ. 30. quæſt. 5.* Petr. Peckh. *de teſtam. conjug. d. lib. 1. c. 5. n. 6.* Cypr. *de jur. connub. part. 1. c. 5. §. 9.* Atq; hinc matrimonium non initiatum, ſed conſummatum demùm, ſacramentum ſeu myſterium, inter Chriſtum & Eccleſiam deſignat', *Epiſtol. ad Epheſ. c 5. verſ. 29. & ſeqq. usque ad fin. can. cum ſocietas. 14. cauſ. 17. quæſt. 2. junct. c. debitum 5. ext. de bigam. non ordinand.* Covar. *tom. 1. part. 2. de matrim. c. 1. in pr. n. 9 §. fin. n. 1. item c. 7. § 4 n 20. 21. cum Dd. ibi relatis.*

33 Sànè alioqui ante copulam ſubſequentem, & benedictionem ſacerdotalem, omnia ſponſalia, ſive pura, ſive conditionata, ſive jurata, ſive injurata, priùs non diſſoluta, ſimpliciter facit indiſſolubilia, concubitus ſive copula carnalis, Conſtat enim, quòd ſponſalia etiam conditionata, & de futuro, ſi ſint priùs legitimè contracta, fiant inſolubilia, & tranſeant in matrimonium, per ſubſequentem copulam carnalem. Multò itaque magis id fit in ſponſalibus puris & inconditionatis: quia per interventum carnalis copulæ, conſenſus ille nuptialis veriſſimè exprimi cenſetur. At verò in præſenti caſu, ut ſupra dictum, res adhuc eſt integra, neque intervenit copula carnalis; & proinde hactenus ſponſalia illa in matrimonium nondum tranſiêrunt. Nil itaque impedire poteſt, quin hæc toties dicta ſponſalia, ob cauſas certas & publicâ authoritate, à judice ordinario, præeunte legitimâ cauſæ cognitione diſſolvi poſſint, & ad inſtantem innocentis partis poſtulationem reſcindi omninò debeant.

Et eſt pariter unanimis ſententia omnium 34
Canoniſtarum, ac Romano-Catholicorum Theologorum, de qua latè Thom. Sanchez. *lib. 2. diſput. 13.* quòd ſolùm per matrimonium conſummatum, fiant conjuges una caro, ut habetur expreſsè in *c. de converſ. conjug. & c. Lex. cauſ 27. quæſt 2. & colligitur. ex c. Agatho;a. 17. in fin. d. cauſ. 27. quæſt. 2. & ex c. Martinus 4 de cogn. ſpirit ibi: efficiantur per connubium una caro. ubi gl. verb. per connubium, id eſt, per carnalem copulam.* Quare ſolum matrimonium conſummatum (ut ſupra etiam monitum) ſignificat eam conjunctionem, per quam Chriſtus factus eſt una caro cum Eccleſia, per incarnationis myſterium. Idque probant ex divo Paulo, *ad Epheſ. 5.* Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & Eccleſia. Qui ea verba minimè dixit; niſi præmiſſis illis, erunt duo in carne una; quod fit per copulam. Et probatur itidem ex divo Auguſtino, relato *in c. Non eſt dubium, 27. quæſt. 2.* dicente: non eſt dubium, illam matrem, non pertinere ad matrimonium cum qua commixtio ſexus non docetur fuiſſe: ubi gloſſ. *ad matrimonium* explicat; quòd habeat in ſe myſterium conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ, &c. Sic item defunctæ maritus ante conſummationem, ſi iterum uxorem ducat, non fit bigamus, ut habetur *in d. c. debitum de bigamis non ordinand.* Et ratio ibi redditur, quia matrimonium ante copulam non ſignificat unionem Chriſti per carnem. Si enim eam ſignificaret, eſſet bigamus; quia non eſſet unus unius ſponſus: ſicut Chriſtus eſt unius Eccleſiæ ſponſus.

Et inde ſponſalia de præſenti, ſeu matri-
monium concubitu nondum conſummatum, 35
propter certas cauſas, diſpenſatione pontificia (apud nos ab ordinario eccleſiaſtico magiſtratu) tolli poſſe, plerique ſtatuunt: eò quòd, ut jam deductum, propter defectum conſummationis, conjunctionem Chriſti & Eccleſiæ non deſignet, nec propter defectum conjunctionis corporum, qua conjuges demùm una caro reddantur, myſterium fidei in ſeſe con-

tineat, *arg. cap. quod propoſuiſti. 18. cauſ 32. quæſt. 7. junct. cap. non debet. pen. ext. de conſang. & affin. item d. c. ex publico. & c. ex parte. ext. de converſ. conjugator.* Farinac. *oper. crim. part. 4. tit. 16. quæſt. 143. n. 8.* Covar. *tom. 1. de matrim. part. 2. cap. 7. §. 4. num. 13. & ſeqq.* Menoch. *lib. 2. arb. jud. caſ. 455. n. 4. & lib. 2. præſumpt. cap. 10. n. 57. & ſeqq.* Panormit. *in d. c. ex public. num. 13. & ſeqq. ext. de converſ. conjugat.* Et in terminis Oldradus Laudenſis, *inter conſ. matrim. tom. 1. conſ. 1.* deducit: Matrimonium nondum conſummatum, per diſpenſationem diſſolvi poſſe, ubi *num. 9.* addit: Non obſtat, quod dicitur, matrimonium eſſe individuam conjunctionem, quia ſecundum quid, ut dicit gloſſ. id debet intelligi, quòd ejus propoſiti debent eſſe contrahentes à principio contractus, ut invicem perpetuò manere debeant; non autem innuitur, quòd aliquo caſu non poſſint ab invicem divertere.

35 Conſentit aliorum multorum authoritate niſus, etiam Kitzelius, *in ſynopſ. matr. cap. 4. theor. 1. lit. A. & C.* in hæc verba ſcribens: Solo conſenſu de præſenti, contractum ſeu initiatum matrimonium, quoad ſignificationẽ, plenum & perfectum non cenſetur; nec ante conſummationem ſuam, ſacramentum ſeu deſponſationem inter Chriſtum & Eccleſiam deſignat; ſed magis appellatione ſponſalium de præſenti venit, & faciliùs etiam, quàm matrimonium conſummatum, diſſolvi poteſt. Et paulò pòſt: Matrimonium, ut omnibus numeris perfectum & abſolutum ſit, omnesque veri & completi matrimonii effectus producat, ad conſtitutionem ejus, non conſenſus ſolùm, ſed etiam conſummatio requiritur.

Was nun auß biſſhero nach der Länge deducirtem erſcheinet/ daß gegenwertige Ehe-Veredung nicht pro rato, veroque matrimonio, & ſponſalibus de præſenti zuhalten: auch da ſchon ſolches geſagt werden möchte/ dannoch vnter den ſponſalibus de præſenti, vulgò dictis, & vero, rato, in facie Eccleſiæ confirmato, ſimulque conſummato matrimonio, ein mercklich groſſer Vnderſcheid: in dem nämblich dieſes nimmermehr / niſi interveniente adulterio, ſeparirt oder geſcheiden/ jhne aber/ varias ob cauſas ex judicis arbitrio dirimirt, ſolvirt, vnd beygelegt werden können. Nun aber in diſem Fall/ bey der Jungfraw Beklagtin/ alle affection gegen dem Klägern gefallen/ vnd gänzlich erleſchen/ alſo daß ſie für jhr höchſtes Vnglück vnd Creutz/ ſo jhr auff diſer Welt jmmer begegnen möchte/ halten vnd erachten thut/ da ſie dem Kläger beygelegt/ vnd jhr Leben mit ſelbigem zubringen oder beſchlieſſen müſte: geſtaltſame ſie in jhren defenſionibus augenſcheinlich wahr ſeyn ſeyen thut/ daß ſie beklagte Jungfraw diſer Sach wegen alſo vnmutig/ daß ſie gleichſamb wie der Schatten an der Wand anzuſehen/vnd vnzweiffelig zubefahren/ daß ſie in meſſtehender liberation von ſolcher hinterſchlichner Verlöbnuß jhr junges Leben auß höchſter Bekümmernuß elendiglich enden müſte.

Alſo vnd zum Andern/ ſol billich hierumb & propter hunc defectum affectionis, inimicitiasque, quæ meritò capitales dici poſſunt, dieſe Eheberedung caſſirt, vnd beygelegt werden. Argumentamur namq; à prohibita ſimplici coactione, ad ſponſaliorum conſummationem (apud illas etiam perſonas, quæ cauſam diſſolutionis ſponſaliorum non adeò prægnantem habent, ſed duntaxat promiſſa ratificare obſtinatè recuſant, quia ipſas datæ fidei pœnitet, omnisq; affectio matrimonialis ceſſat) haud incongruè ducitur. Sanè cum nonnullis Theologis, & praxi etiam Wurtembergici Conſiſtorii, hæc tria libenter damus: 36

(1) Quòd, qui ſic absque ſufficiente cauſa à promiſſione matrimonii, & pactis ſponſalibus diſcedit, plane non debeat impunè ferre hanc temeritatem, ſed juſtâ pœnâ coërceri. 37

(2) Quòd monitione, minis, mulcta & carcere à Magiſtratu compelli poſſit, ut fidem matrimonii datam ſervet; id quod obſervari in Conſiſtorio noſtro Wurtembergico, jam ſupra ex Dn. Bidenbachio *in tr. de cauſ. matrimonial. pag. 26. 27.* relatum fuit. 38

(3) Quòd rigor ille per ſimplicem coactionem, quæ fit per excommunicationem eccleſiaſticam, vel relegationem civilem, in quibusdam caſibus, pro ratione circumſtantiarum, ut ſi ſponſalia ſint jurata, ſi copula intervenerit, &c. obſervari poſſit. 39

Sed quòd in communi hæc coactio fieri poſſit aut debeat, negamus. Et id quidem ex canonum jure (quod in cauſis matrimonialibus, adhuc ubique ferè & regulariter, niſi adſint contraria ſtatuta vel ordinationes, obſervatur) ubi *in c. requiſivit. 17. extr. de ſponſal.* ita habetur: Mulier quædam, jurisjurandi religione neglectâ, nubere illi renuit, cui ſe nupturum interpoſito iuramento firmaverat: & reſpondit P. M. quòd cùm libera debeant eſſe matrimonia, monenda ſit potiùs mulier, quàm cogenda, cùm coactiones, difficiles exitus frequenter habere ſoleant. Ex quo capitulo Canoniſtæ colligunt; ſi judex animadvertat, ſponſum vel ſponſam ita obſtinatam eſſe, ut liberè conſentire nullo pacto connubio velit, quòd monitione potiùs uti debeat, quàm exactiſſimà coactione: ex qua conſenſus ſequutus, nec liber eſſet, prout in matrimonio requiritur, nec verus conſenſus dici poſſet. 40

Ad evitandum igitur majus malum, tolerandam potius violationem datæ fidei, quàm coactionem matrimonii. Ubi enim non eſt mutuus amor conjugum, ibi diſcordia ſauciat mentes, impedit invocationem Dei, turbat totam domeſticam conſuetudinem, & parit 41

multa

multa peccata, & interdum cùm voluntates diſtractæ ſunt, ſequuntur adulteria & pœnæ tragicæ, & triſtiſſimæ calamitates: & familiæ non fiunt Eccleſia Dei, ut eſſe debent, ſed diabolorum luſtra, & multi miſeri homines in illis calamitatibus, ruunt in indignationem adverſus Deum, in deſperationem & æternum exitium. Schneidew. *inſtit. tit. de nupt. part. 2. de eoquaſit. in nupt licitis. n. 17.*

42 At pariter in illa quæſtione; Vtrùm cogendus ſit per judicem, ſponſalium fidem ſervare, qui circa legitimam cauſam ea implere recuſat? Eam ſententiam Thom. Sanchez. *lib. 1. diſp. 2.* multò probabiliorem eſſe ait, quæ docet, priùs monendum eſſe recuſantem, & ſi renuat, per cenſuram cogi debere; niſi attentis circumſtantiis, prudenter arbitretur judex, ex invitis nuptiis gravia mala & ſcandala timeri, ut perpetuas diſſenſiones, jurgia inter conjuges, virum relicta uxore diſceſſurum: & hoc eſſe ait, quod *in d. c. ex literis. 10. in fin. de ſponſal.* dicitur, cogendum eſſe, niſi rationabilis cauſa obſtiterit: & ita intelligit *d. c. requiſivit. eod. tit.* ib. non eſſe cogendum: nempè quando rationabilis cauſa obſtiterit, & conſtat ex ratione; quam textus ſubjungit, ibi: cùm coactiones, difficilea ſoleant exitus habere. Certè prudentes legumlatores ac judices, æquum ſemper cenſuerunt, ad evitandum malum majus, tolerandum eſſe aliquod minus.

43 Atqui ex matrimoniis illis coactis longè majora mala oriri poſſunt, quàm ſi ratione circumſtantiarum habitâ, ſponſalia interdum diſſolvantur, utpote rixæ perpetuæ, capitales inimicitiæ, veneficia, cædes, ſcandala publica, eademque perpetua, Sanchez *d. loc. num. 4.* ubi alios complures in eum ſenſum decidentes, laudat. Si itaque ejusmodi perſonæ, quæ quidem nullam ſufficientem in jure expreſſam cauſam allegare poſſunt, in ſua tamen conſcientia putant, ſe non poſſe cum aliquo cohabitare, ſicque ſufficientea ſe habere rationes, apud ſe tantummodo arbitrantur, cur promiſſionem per ſponſalia pura legitimè factam, ſervari noliut; nihilominus à magiſtratu ad matrimonii promiſſi ratificationem & conſummationem ſimpliciter & abſolutè cogi non poſſunt aut debent; oppidò probabiliter ſequitur, quòd multò minus talis perſona, quæ ſufficientes & ex boni viri arbitratu graviſſimas cauſas habet, cur matrimonii promiſſionem purè & legitimè factam, atque ab initio ratam, adimplere recuſet, cogi poſſit aut debeat, ad ſponſaliorum alioquin legitimè & purè factorum, & ab initio ratorum, conſummationem & ratificationem per ſubſequens matrimonium: & quòd conſequenter in hoc caſu, inſtanter id poſtulante parte innocente, judex & poſſit & debeat ſponſalia alioquin legitimè facta, reſcindere & diſſolvere,

Hinc omnes juris utriusque Doctores 44
communi aſſenſu dicunt, ob graves & capitales inimicitias inter ſponſos ortas, dirimi etiam firmiſſimè contracta ſponſalia eſſe, ob rationem *c. 2. & d. c. requiſivit. 17. de ſponſal.* ne ſcilicet matrimonium infelicea exitus habeat. Item, quia eſt nova cauſa, & notabilis mutatio ſuperveniens. Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de ſponſal. §. ult.* Sanchez. *de matrim. lib. 1. diſp 58.* Et certè quæ cauſæ juſtæ cenſeantur, quibus permiſſum eſt pœnitere, & à ſponſalibus recedere, judicis arbitrio relinqui debet. Abb. *in d. c. requiſivit. 17. num. 4. extr. de ſponſal.* ſed & Rota Roman. *in deciſ. 497. num. 2. in 1. part. edit. ult.* admonet juſtam videri cauſam, ſi ſponſna odio capitali perſequitur ſponſam, vel è controverſo; ita ut timor ſit, ex nuptiis futuris oriri poſſe, vel homicidium, vel adulterium, vel litem & contentionem inter parentes. Quam quidem cauſam probavit etiam Felin. *in conſ 26. ſp. 20 & 21.* qui fortius reſpondit, Pontificem maximum juſtis his de cauſis poſſe diſſolvere matrimonium contractum per verba de præſenti; modò ſecuta non ſit copula carnalis. Et Felinum, Abbatemque ſecutus eſt Menochius, *in conſil 69. n. 44. & 66.* Ac item Rota *in d. deciſ. 497.* indicavit, hanc ſolam non fuiſſe juſtam cauſam recuſandi contrahere matrimonium, quando ſolus ſponſus, qui jam cognoverat carnaliter ſponſam, & jurejurando promiſerat eam ducere in uxorem, allegabat inimicitiarum cauſam. Eadem de re videantur Covarruv. *tom. 1. de matrim. part. 1. cap. 4.* Schrader. *ad tit. inſt. de nupt. part. 1. num. 88.* & Cypr. *in tract. de jur. connubior. part. 1. cap. 12 § 5. & ſeqq.*

Confirmatur præterea hæc ſententia, à 45
permiſſione divina divortii in conjugio conſummato. Nuptiarum vinculum arctius eſſe, quàm ſponſaliorum, nemo eſt, qui dubitare poſſit: Atqui Deus propter Judæorum σκληροκαρδίαν etiam in matrimoniis, ſive nuptiis ratis & conſummatis, divortium permiſit in V. T. ſic enim habent verba *Deut. c. 24 verſ. 1. 2. 3.* Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus, propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudii, & dabit in manum illius, & dimittet eam de domo ſua. Repetit hæc Chriſtus *Matth. 19. verſ 8.* & quòd ἐπιτροπὴ ſeu promiſſio divina fuerit, expreſſè addit. Hincque arguere licet: ſi Deus in V. T. propter σκληροκαρδίαν Judaicam, permiſit, etiam in ratis & conſummatis matrimoniis, divortia: quidni & in N. T. ſponſaliorum diſſolutio, ſive repudium duntaxat, propter graves cauſas, interveniente (quales in hoc noſtro caſu plures occurrunt) Magiſtratus authoritate, interdum fieri poſſet? & nec abnuit D. Luther. *in lib. de cauſ. matrimonial.*

Zum Dritten/ſeynd diſorts ſolche wichtige

Vrſachen enthalten / vnd hin vnd wider in den actis angedeut / auch mit ex parte der Jungfraw Beklagtin geführten Zeugen / zu völliger Gnüge erwiſen / darumb ſie Jungfraw Beklagtin zu Vollziehung ſolcher Eheverlöbnuß ſich billich nicht verſtehen will vnd welche Vrſachen an jhnen ſelbſt alſo bewandt / ut à quolibet gravi viro, ohn Zweifel für gnugſamb zu achten / auch kein ehrlicher Mann zufinden ſeyn wird / welcher nicht deßhalben ſein Kind einem ſolchen Geſellen vermählen / oder nicht für ein mercklich Vnglück halten thäte / wann jhm ein Tochter einen ſolchen freyen / vnd ſich davon nicht abhalten laſſen wolte.

Einmal iſt es gewiß / daß deß Klägers qualitäten / tempore contractorum ſponſaliorum vnzweifelig alſo bewandt vnd beſchaffen geweſt / daß wo die Jungfraw Beklagtin / dero Fraw Mutter / die wolangeſehene Freundſchafft / jhr vnd jhro Fraw Mutter Vorgeſetzte / hochweiſe Vögt oder Beyſtänd ſolches gewuſt / ſie zu dergleichen Eheverlöbnuß nimmer geholffen; Ja wann ſchon die Jungfraw Beklagtin eines ſolchen Geſellen inſtändig begehrt / vnd jhm die Ehe mit hohem Beyheuren verlobt / ſie doch nichts deſtoweniger anchoris & remis, quod ajunt, ſich darwider geſetzet / vnd mit allen Rechtlichen Mitteln befügſamer Weiß / diſſolutionem talium ſponſaliorum begehrt vnd erhalten hette / da man je den Kläger für ein ſolchen Mann gehalten / der zu Fortſetzung diſes ſchweren vnd hochanſehnlichen Handels welchen der Beklagtin Geſchwiſtrig noch getriben / gnugſamb vnd nutzlich erachtet / aber im grund nicht geweſt / ſondern es hat der Kläger ſolchen Handel / vermög der Zeugen einhelliger Außſag / vnvorſichtig / liederlich / vnd wie ein Dohr (verba ſunt teſtium) geführt / vnfleiſſig / vnd vertruncken geweſt / etc.

Welches alles / wie ſchön ſich gleich er Kläger machen will / ipſa rei evidentia, vnd darauff erfolgter Abgang diſes Handels / (ſo viel an jhm Kläger geweſt) augenſcheinlich vnd gantz vnverneinlich an das helle Mittagsliecht gebracht haben.

Es will zwar der Kläger in ſeinen articulis vermeintlich fürgeben vnd beſtreiten / daß ſchon bey Ableibung der Beklagtin Herrn Vatters / es mit ſeiner Handlung gefährlich geſtanden / vnd was dergleichen: So hat jedoch er Kläger ſein Vntrew / vnd daß er zu diſem Handel vntauglich / auch daß die Jungfraw Beklagtin vnd dero Mutter / mit jhm weit verfahren / darmit an tag gegeben / daß er ſolches die intereſſenten nicht aviſirt, ſondern den Handel noch ſtärcker fortgetriben / in ſeinen Rechnungen groſſen Profit geſetzt / da hingegen das Gegenſpihl / vnd ſelbſt verurſachter übelſtand jhm bewuſt geweſen; Ita ut planè in iis terminis verſemur, de quibus communis ICtorum regula eſt:

46 Quoties poſt ſponſalia contracta, inconveniens aliquod notabile, aut nova cauſa, talisque accedit caſus, qui ſi tempore ſponſaliorum adfuiſſet, ſponſus vel ſponſa in matrimonium nunquam conſenſiſſent, tunc judicem ad dirimenda ſponſalia propenſiorem eſſe debere: ita tamen, ut omnes circumſtantiæ prudenter & diligenter expendantur, neque ob quaslibet cauſas ſponſalia ſtatim ſolvantur, ſed modis ac viis omnibus reconciliatio priùs tentetur. Quæ regula appoſitiſſimè ad noſtrum præſentem ſtatum quadrat: Nam certè ſi hic ſponſus ante ſponſalia fuiſſet infamis, & impoſtor, ſponſa nunquam in matrimonium cum ipſo conſenſiſſet. Et ſunt ſanè circumſtantiæ, & cauſæ diſſolventes ita comparatæ, ut reconciliatio, aut difficulter, aut nullo modo locum habere poſſit. Manet proinde immotum, quòd hæc ſponſalia, de quibus quæritur, à judice propter tales cauſas, præeunte legitima cauſæ cognitione, diſſolvi optimè & bona cum conſcientia poſſint, quòdque ad inſtantem poſtulationem partis innocentis, reſcindi omninò publica authoritate debeant.

Ratio verò ſupra dictæ regulæ eſt: quia 47
promiſſio non obligat ultra promittentis intentionem. Sed intentio virtualis eſt promittentium, non ſe obligare in hoc caſu, indiſſolubiliter: Ergò eſt juſta diſſolvendi cauſa. Et confirmatur, quia rebus notabiliter mutatis, promiſſio non obligat. *cap. quemadmodum. 25. de jurejur.* In hoc autem eventu notabilis mutatio ſupervenit. Quod ſi objicias, hanc non eſſe liberalem promiſſionem, ſed contractum: ad reſcindendos autem cæteros contractus, hæc cauſa non ſufficit. Fatemur equidem hæc; verùm diverſa ratio in ſponſalibus eſt. Majorem enim libertatem petunt; Cùm ad mutuum amorem ordinentur, & ad contrahendum vinculum matrimonii conſummati, omninò indiſſolubile, quod in cæteris contractibus minimè contingit. Hanc item regulam tradunt Hoſtienſ. *in ſum. tit. de jurejur. n. 3.* Petr. de Soto. *lect. 18. de matrim. §. nunc de ratione.* Sanchez. *de matrim lib. 1. diſp. 61. & ſeq. per diſcurſum.*

Dabey dann in gegenwertigem Fall in der Heurahts Beredung diſe Wort ſonderlich zu notiren / daß neben andern vermeldet wird / Kläger habe den Gewerbs-Handel trewlich vnd fleiſſig geführet. Worauß dann zuvermercken / daß die Jungfraw Beklagtin / vnd die jhrige / wie kein Vernünfftiger anders nicht vermuten vnd erachten kan / auff dieſes des Klägers / multis ſimulationibus & diſſimulationibus prætendirte qualität / fürnämblich geſehen / vnd anderſt ſich zu diſem Verſprechen nimmermehr bewegen laſſen.

Worzu allhie zumal dieſes kompt / daß er Kläger / auch nach dem Verſprechen / imò etiã pendente lite ſich vielfältiger criminum vnd Vnthaten theilhafftig gemacht / vnd jetzunder

pro vagabundo ſubaltern / ita ut pro hac noſtra deciſione, etiam argumentum deduci poſſit, à ſtatus mutatione.

48 Quicunque enim poſt, legitimè licèt contracta ſponſalia, fit infamia propter impoſturam, &c. aut flagitioſus, is civiliter mortuus cenſetur. Non autem præſumi poteſt de ſponſa, quòd tali viro fidem matrimonii dare, qui infamis, ſceleratus & flagitioſus eſt; ſed potiùs de ea ſic ſtatuendum, quòd viro honeſto & exiſtimationis integræ nubere voluerit. Ergò, non videtur cogenda ſponſa, licet contractus ab initio fuerit purus & ratus, ut cum tali matrimonium conſummet. Jam verò propoſitus caſus ita comparatus eſt, ut ſponſalia quidem ab initio fuerint rata, atque publicè & legitimè celebrata; ſed tamen ante conſummationem per ſubſequens matrimonium, & benedictionem publicam ſacerdotalem, hic ſponſus ob flagitia, & inſignem impoſturam factus eſt ſaltem de facto infamis. Quocirca ad conſummationē ſponſaliorum cum ipſo non videtur cogenda hæc ſponſa; Sed potius publica magiſtratus authoritate, præeunte legitimâ cauſæ cognitione, ab eadem ratificatione abſolvenda.

49 Huic item argumento vicinum eſt illud, quod duci poteſt ab incommodis, conſummationem horum ſponſaliorum, de quibus quæritur conſequentibus. Si enim hæc ſponſa cum tali ſponſo, qui ob ſcelera, impoſturas, &c. demùm poſt contracta ſponſalia factus eſt infamis, cogeretur matrimonium conſummare; tunc ab hoc ſponſo non poſſet illa habere honorem, non victum & amictū, non neceſſarium adjutorium: imò ne quidem decentem conjugalem cohabitationem ad ſobolis procreationem, quia in fuga & exilio quaſi vagabundus eſt: quæ duo poſteriora etiam cum ſubſtantia matrimonii aliquatenus pugnant. Certè deficiente uno ex præcipuis finibus conjugii, deficit ac tollitur etiam ipſum conjugium: Atqui ſublato neceſſario adjutorio, & decente cohabitatione, ad ſobolis procreationem, tollitur omnis finis conjugii, uti conſtat. Præterea nemini ſuaderi poteſt, ut in voluntariam paupertatem, ignominias, & infamiam ſeſe conjiciat: ſi ullo modo ab illa ſeſe extricare queat. Verumtamen cum ſponſo, qui poſt contracta demùm ſponſalia, infamis factus, illa conſummare per matrimonium, eſſet ſe conjicere in ſpontaneam ignominiam, paupertatem, infamiam. Proinde ſuaderi hoc nemini poteſt, multò minus cæteris paribus, ad hoc quisquam cogi à magiſtratu debet, aut etiam poteſt.

Wie endlich zwiſchen dem Kläger vnd der Beklagtn Verwandten / an traurigen Begegnungen beſorglich nichts ermanglen würde.

50 Fürs vierdte / iſt fürnämblich allhie zumercken / quòd nullus pene contractus ſit, in quo propter communicationem juris divini & humani, bona fides magis exuberare debeat, quàm in contractu matrimoniali, merè perſonali. Jaſon. *in §. fuerat. num. 13. inſtit. de action.* ubi ait, bonam fidem in contractu matrimoniali inprimis exuberare debere. Schrad. *ad tit. inſt. de nupt. p. 2. num. 12. in fin.* Baſilius Monner. *de clandeſt. deſponſ. c. 3. n. 8.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 16. n. 155.*

51 Nec quippe ad hoc inſtitutum eſt matrimonium, ut in fraudem illicitatur ſimplicitas, ſed ut tam gravis & arduus, imò ſacer etiam contractus, individuam totius vitæ conſuetudinem inducens, ſine omni fuco, liberrimaque voluntate celebretur, omniaque doloſæ circumventionis ſeu captionis expers eſſe, bonaque fide contrahi debeat. *cap. tua nos. 26. in fin. ext. deſponſal.* ne cui ſua ſimplicitas obſit, & alteri malitia proſit. *l. 1. in pr. ff. de dolo malo. arg. l. bonam fidem. 4. ff. de oblig. & act. l. cei bona. 34. ff. de contrah. empt. l. creditor. 60. §. Lucius Titius. 4 in fin. ff. mandati. l. Aurelio. 20. in fin. ff. de liberat. legat.* Bart. *in l. ult. num. 3. in fin. ff. de prætor. ſtipul.* Baſil. Monēr. *de clandeſt. deſponſ. d. cap. 3. num. 8. & ſeqq.* Cothman. *conſil. 1. vol. 1. num. 729. & ſeqq.*

52 Quodque dolus dans cauſam contractui matrimoniali, faciat ut re adhuc integra promiſſio matrimonialis, etiam de præſenti reſcindi poſſit ac debeat, multis edocet Paul. Cypr. *in tract. de connub. jur. part. 1. c. 18. §. 58. per tot.* Malitiis enim hominum non indulgendum, nec fraudibus via aperienda eſt, adeoque nemini dolus ſuus patrocinari vel lucro eſſe debet. *c. ad noſtram. 5. §. 1. ext de empt. & vend. c. ſedes. 15. §. fin. ext. de reſcr. cap. ex literis. 2. §. fin. ext. de dolo & contum. l. tranſactione 30. C. de transaction. l. fin. §. 1. ff. de eo, per quem factum erit. l. pen. Cod. de legatis.* Andr. Gail. *lib. 2. de pac. publ. c. 13. n. 1.* Menoch. *lib. 1. præſ. 92. n. 48.* Weſemb. *conſil. 42. n. 46.* Conſult. Saxon. *p. 1. de contract. in append. matrim. lib. 1. c. 5. n. 1.*

53 Et dolus, qui conſenſum, ſine quo nuptiæ contrahi nequeunt, excludit, etiam ipſummet matrimonium irritat & annullat: omnibusque in caſibus, quibus talis conſenſus, qui in tam ſanctiſſimo fœdere conjugali deſideratur, deficit, turpiter circumventi ad conſummandum doloſum matrimonium, minimè gentium inviti compellentur. *arg. c. tua nos. 26. in fin. ext. de ſponſal c. cùm locum. 14. ext. eod. tit.* Panorm. *in c. cùm dilectus. ext. de his, quæ vi metusve cauſa fiunt.* Beuſt. *in tract. de jur. connub. part. 1. de ſponſal. c. 11.* latè Erneſt. Cothman. *d. vol. 1. reſp. 1. n. 729. 730. & ſeqq.* Andr. Gail. *2. obſerv. 93. n. 11. in fin.* Et quòd error matrimonii accidentalis, propter defectum conſenſus, quandoque fieri poſſit ſubſtantialis, tradunt Authores Conſult. Saxon. *part. 1. de contract. in append.*

matrim. lib. 1. quaſt. 5. n. 2. ubi ſubjiciunt, ob dolum, qui potuiſſet tollere conſenſum in matrimonialib. matrimonium reſcindi poſſe.

54 Ac licèt ſoleat à quibusdam dici, quòd dolus dans cauſam contractui matrimonii, non habeat impedire matrimonium, ut notabiliter voluit gl. *in c. cum dilectus. 6. ſuper verb. fatuitatem. ext. de his, quæ vi, metusve cauſ. & in l. à divo pio. 58. ff. de rit. nupt.* Tamen hoc eſt verum, niſi eſſet talis & tantus dolus, qui haberet impedire conſenſum, ut cenſuit Abb. *in d. c. cùm dilectus. de his, quæ vi metusve cauſ. &c.* Atque ita etiam reſpondit Petr. Franc. *inter conſ. matrim. vol. 1. conſ. 64.*

55 Quod item error fortunæ, ſi ſit cum dolo conjunctus, vitiet matrimonium, docet etiam Alb. Gentil. *lib. 3. de nupt. cap 4.* ubi ex Decii *conſil. 112.* reſpondet: juvenem malè perſuaſum, verſari in juſtiſſima cauſa, ut ſi non ſtricto jure poſſit ſe ex laqueo iſto extricare; poſſit tamen evadere beneficio Principis. Et quoque Decius refert, reſpondiſſe Socinum, abrumpi etiam conſummatum matrimonium poſſe, ſi juvenis facilitate ſua, calliditateque mulieris inductus ad matrimonium eſt: Si nempe duo concurrant, perſuaſi facilitas, & perſuadentis calliditas. Bald. *2. conſ. 312.* quorum utrumque in hoc caſu adeſt. Eſt nimirum ſpecies doli mali, ſagacitas in minorem fragilis ætatis & conſilii. Atque par non eſt, ut qui doloſè non egit, is alterius facilitate incommodum ſentiat. Sicq; non tenere matrimonium, ad quod multis promiſſionibus pecuniarum, aliorumque bonorum inductus quis eſt, & ea non præſtantur, etiam reſponſum & ſubſcriptum eſſe in *d. l.* Alberic. Gentil. qui porrò & iſta addit: Quòd igitur dolus & mendacium circa qualitatem perſonæ, ſive circa bona non vitient, etſi ille det cauſam huic contractui: & dolus circa contractum dotis, non vitiet matrimonium: & concurſus mendacii non impediat matrimonium, ſubſiſtens ex conſenſu, & id genus alia. Ea tamen omnia ſic ipſe putem, accipi oportere, ſi dolus non ſit, qui errorem inducat, & conſenſum impediat. Quæ eſt aliorum etiam veriſſima ſententia. Sed & jus canonicum ſic dolum abhorret, ut omnes contractus, etiam ſtricti juris, vitiari illicò propter dolum velit Gentil. *d. loc.* qui ait: Metus facit matrimonium vitiari. Ergò & dolus faciet: ſiquidem dolus, qui errorem affert, & conſenſum aufert, nihil relinquit voluntatis: ut metus omnem voluntatem non adimit.

56 Einmal iſt es receptiſſima ſententia omniū Canoniſtarum: quando dolus admiſſus per alterum ſponſum, ipſoque culpæ reo exiſtente, cauſam dedit contractui ſponſalium, etiā utcunque firmo & de præſenti, modò copula non acceſſerit, ea ſponſalia ſint ipſo jure irrita, ita ut ſponſus deceptus nullo modo adſtringatur: quia nempe omnes contractus bonæ fidei, ex hujusmodi dolo irriti ſunt. *l. & eleganter. 7. in princ. ff. de dolo.* Et ratio porrò eſt, quoniam ſic deceptus, conſenſurus minimè erat, ſed errore ductus conſenſit, in quo alter per dolum, & injuſtitiam participavit. Cùm ergò error involuntarium cauſet, aſſenſusque ſit per dolum & injuſtitiam extortus ejus, cui alter conſentiens ſe intendebat obligare, invalidus & inefficax erit. Bar. *d. l. & eleganter in princ. n. 6.* Iaſon. *Inſtit. de act. §. actionum. 28. n. 31.* Valaſcus, *de jur. emphyteut. 1. p quaſt. 5. n. 9.* Molin. *diſp. 352. concl. 1.* ubi multos alios refert.

Daß aber der Kläger jetzt ſtrittige ſponſalia, dolo malo erpracticirt, iſt lieglich der Jungfraw Beklagtin FrawMutter hinderführe/ ac conſequenter, quòd dolus huic contractui dederit cauſam, isque ipſo jure nullus exiſtat, iſt in keinem weg zuzweifflen/ wird auch niemand ſo die acta durchleſen/ mit einigem Schein verneinen können. Angeſehen mehr dann richtig/ daß der Jungfraw Beklagtin FrawMutter/ jhre beede Vorgeſetzte Herrn Vögt/ vnd wolangeſehe Freundſchafft/ kein andere Vrſach oder Vmbſtänd bey dem Kläger befunden/ oder in acht genommen/ dann einig vnd allein/daß ſie jhm/anweſenden groſſen Handels gnugſamb erfahren/ vnd ſelbigen glücklich fortzutreiben baſtant erachtet. Einmal hat die FrawMutter diſe jhre liebe Tochter jhm Klägern/ nicht wegen ſeiner Geſtalt/ Reichthumb oder Adel zuverehlichen bewilliget/ ſondern einig vnd allein ein taugenliche Perſon/ ſo dem Handel beſtändig abwarten möchte/ geſucht: welches ſie ſämptlich auff den Nohtfall/ vnſers vnzweiffelichen Ermeſſens/ mit reinem Gewiſſen aidlich betheuren könden. So iſt ferner richtig/ daß Kläger für ein ſolche Perſon nicht allein ſich dargeſtellt/ vnd darfür angeſehen ſeyn wollen/ auch alle die ein Widriges fürgeben/ oder ers geargwohnet/ vnd der Beklagtin FrawMutter beſſer auffzuſehen erinnert/ ehrenrührig vnwarhafft geſcholten/ Sondern zumal (doch ohn Grund) einen groſſen Profit vnd Nutzen fürgegeben/ ſeinen Rechnungen einverleibt/ vnd den Handel je länger je ſtärcker ſeine reputation vnd Anſehen damit zuvermehren/ fortgetriben/ welches dann/ weil es im grund nichts geweſen/ ein verus & ex propoſito commiſſus dolus zu nennen/ auch nullo colore verthedigt/ oder anderſt geachtet werden mag/ weil fürnämblich der Kläger die Frantzöſiſche Handelsbücher vor andern ſeinen Mitdienern/ auch dem Buchhalter ſelbſten in geheimb gehabt. Item hat er Kläger Wilhelm Bedern/ als welcher der Frantzöſiſchen Sprach erfahren/ vnd zu ſelbigen Büchern adhibirt worden/ allein nicht darüber gelaſſen/ ſondern ſelbiger hat in deß Klägers Gegenwart alles eingeſchriben/ vnd wann es verrichtet geweſen/ die Bücher widerumb von Handen geben müſſen. Vnd hat

der

der Jungfraw Beklagtin 6. Zeugin / ſelbſten von Klägern vber Tiſch gehört / wie er ſo vil gewinne / wie er fürſchlage / vnd jhm alles ſo wol abgehe. Der 7. ſagt / es habe Kläger bey der letſten Rechnung vorgeben / daß er ſich ſchier einen ſo groſſen Gewin / als er befinde / zuentdecken ſchewe / das vorige Jahr ſey nichts geweſen / man habe nur ſehen müſſen / daß man Credit erhalte. Der 8. deponirt, Kläger habe zu Hanaw auff ſeins Zeugen Gemach geſagt / es ſtünden alle Sachen wol / da er doch ein anders gewuſt habe. Mehr andere Zeugen deponiren / in der falſchen Rechnung habe ſich ohn Spendiren Haußhaltungs Koſten / vil tauſend Gülden Vorſtand befunden. Item / obſchon Klägern die Herrn Vögt darüber ernſtlich zugeſprochen / er könne jhnen / als deß Handels nicht verſtändigen / leichtlich ein Aug verkleiben / ſolle richtig durchgehen / vnd ob etwa in einem vnd anderm verſtoſſen worden / fleiſſig nachſehen / vnd die errores, ſo ſich erzeigen würden / corrigiren / mit dem Zuthun / man habe Kläger gleichſamb auff ſein Aydt ermahnet / er doch hierauff beſtändig geantwortet / es ſeye die Rechnung alſo beſchaffen / wie der Buchſtab in ſich halte / vnd habe Kläger zum höchſten behalten / die Rechnung were juſt.

57 Dolus autem eſt verus, quando adminiſtrator non fideliter deſcribit rationes, tam contra minorem, prout loquitur Socinus, *in conſ. 92. lib. 4.* quàm etiam contra majorem. Socin. *conſ. 159. n. 12. & ſeqq. lib. 1.* Et procedit, ſive libri exhibeantur defectuoſi, ſive non. Bero. *conſ. 191 n. 28. lib. 1.* Et maximè, quando ex viſione eorum conſtat, quòd non fuerint computa bene ſolidata. Rimin. Iun. *conſ. 338. n. 55. lib. 3.* Et is, qui in utilitatem ſuam, & damnum alterius, aut verum tacet, aut falſum exprimit, præſumitur in dolo & animo fraudandi. Abb. *conſ. 68. in princ. lib. 1.*

58 Dolusque omninò præſumitur in eo, qui facit aliquid occultè, ut voluit Feder. de Sen. *in conſ. 119. nulli dubium.* Anton de Butr. *in l. veniens. de teſtib.* Alex. *in conſ. 53. viſo themate ſupra ſcripto. n. 1. lib 2.* quos ſequitur & refert Grat. *in conſ. 61. in cauſ.* Franciſc. de Urſis, *n. 15. lib. 2.*

59 Et ſi quis mendacium dixerit, præſumitur dolus in eo, ut innuere voluit Ulpian. *in l. ſi quis affirmavit. 9. §. 1. & idem in l. quod venditor. 37. & l. & eleganter. 7. §. idem Pomponius. 10. ff. de dolo. & l. falſus. 43 §. ſi quis 3. ff. de furt.* quod & probavit Hier. Gigas. *in conſ. 40. n. 5.* & ſenſit Cravetta, *de antiq. tempor. in 1. part. verſ. vidimus & abundè. n. 16. 17.* Præſertim ſi commodum indè captet mendax. Pariſ. *in conſ 8. n. 5. vol. 4.* cui accedit Cravett. *in conſ. 18. And. Iuvenis. n. 22.*

60 Item præſumitur dolus, ſi quis occultet rationes & ſcripturas. Bald. *conſ. 119. n. 4. vol. 2.* ut & quando quis illud, quod ſcit, aut ſcire debet, ſe neceſſariò ratione officii ſui teneri, omittit. Nam tunc præſumitur dolus in eo, ut reſponſum fuit ab Vlpian. *in l. dolus. 44. ff. manda. & in l. ſi procuratorem. 8. §. ſi ignorantes. & ſeq. ff. eod. tit. & in l. tutor qui repertorium. 7. ff. de adminiſt. & per. tutor.* & à Paulo, *in l. dolo. 41. ff. ad l. Falcid.* cum aliis allatis à Luc. de Pen. *in l. quemadmodum. 7. verſ. 6. præſumitur dolus. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* Cui ſententiæ accedit Grat. *in conſ. 61. n. 14. vol. 2.* atque Calcan. *in conſ. 24.* & Cephal. *in conſ. 230. n. 4. vol. 3.*

Item quando quis cum alio contrahens, 61
tacet aliqua; quæ ſi expreſſiſſet, alius veriſimiliter contractum non feciſſet: hoc caſu præſumitur dolus contra talia tacentem: & tali contrahenti ſubveniri debet in odium tacentis: ut reſponſum fuit in Alexand. *in conſ. 109. viſo proceſſu inter Anton. n. 10. & ſeq lib. 4.*

Daß aber ferner / diſer deß Klägers offenbarer vnd jetzt vberflüſſig beſcheinter dolus, ſingulatim dahin gemeint geweſen / daß er mit ſolchem Liſt die Jungfraw Beklagtin erpracticiren / jhre Fraw Mutter alſo verlaiten vnd bereden möchte: beſcheinet ſich dannenhero / weil Kläger oberwehnten groſſen Profit pomposè vnd offtermals fürgeben / auch da jhm die Jungfraw Beklagtin nicht verſprochen / fernners nicht mehr dienen wollen. Geſtaltſame die 6. Zeugin bekundſchafftet / ſie hab von jhrer Baſen gehört / daß Kläger den Handel nicht mehr führen wollen / wann man jhm die Tochter nicht gebe. Der 7. er habe geſagt: Er könne nicht länger dienen / müſſe ſein Nutzen auch ſelber bedencken. Der 8. Kläger hab ſolches zu der Mutter geſagt / welches ſie jhren beeden Herrn Vögten angezeigt / ſey nach der Rechnung geſchehen. Actoris teſt. 5. Kläger habe geſagt / er wolle vom Handel.

Verùm teſte Gomeſio, *in §. actionum. 28. inſt. de act. n. 9. & 12. in verb. & dicitur. &* Bennicaſ. *n. 229. verb. nam & tunc.*

Dolus dicitur dare cauſam contractui, vel 62
alteri negotio, quando tu induxiſti aliquem doloſis ſuaſionibus ad vendendum, ut illum deciperes, qui aliàs non erat venditurus, niſi dolo fuiſſet inductus, nec aliud quippiam negotium contracturus. Ac Capra, & Bart. ut eos citat Celſ. Bargalius, *in tr. d. dolo. lib. 2. fol. 167.* ita hanc rem enodant, ut in omni negotio dolus videatur cauſam dare, quando ego aliquid mea ſponte non eram facturus, ſed alterius doloſâ exhortatione feci. Item Alb. *in d. l. & eleganter. n. 7. ff. d. dolo.* ut dicatur tunc, quando non erat aliàs contracturus, niſi dolo fuiſſet inductus. Quare dictus Bargalius putat, hunc dolum non ineleganter poſſe deſcribi: Dolus dans cauſam, eſt machinatio fraudulenta, eum qui geſturus ſua ſponte non erat, ad gerendum negotium inducens.

Wie dann auſſer ſolchem verübten Betrug vnd Falſch / weder die Fraw Wittib / vnd die

Herrn

Herrn Vögt / noch beklagte Jungfraw nicht den geringſten Willen zu ſolcher Verlobung nimmermehr gegeben haben würden. Ingleichem deponirt ſein Klägers 9. teſtis: Die Rechnung de anno 1600. ſeye deß Heurahts gröſte vnd einige Vrſach geweſen: dann wann man nicht darfür gehalten hette / daß er den Handel wol verſtünde / würde man jhm die Tochter nicht zugeſagt haben. Item der 2. diſe Rechnung ſeye das einige Fundament deß Heurahts geweſen. Damit dann auch andere atteſtationes vbereinſtimmen.

Noch weiter erſcheinet deß Klägers dolus, vnd practicieriſch Weſen hierauß / weil er tempore oportuno, da die Beklagtin noch in zarter Jugend / necdum viri potens geweſen / auch man jhn mit jhr der zeit nicht hette Hochzeit machen laſſen / den Handſtreich oder Eheberedung zu wegen gebracht / einig (wie ein jeder Verſtändiger vnd vnpartheyiſch Geſinnter bekennen muß / vnd der eventus erwieſen) zu diſem End / damit wann ſchon ſein vbel vnd vnnützes Haußhalten an Tag kommen / doch die Jungfraw Beklagtin / vnd die jhrigen dermaſſen gefäſſelt / daß ſie jhn ſchwerlich laſſen / ſonder widerumb außhelffen vnd retten müſſen.

63 Dolus autem & fraus præſumitur in eo, qui facit actum tempore ſuſpecto: plenè Menoch. *conſ. 108. num. 15. & ſeq. lib. 2.* & Cravetta, *conſ. 82. quaſi per tot.*

Zumal / als Kläger dem Wetter nicht trawen / ſondern vermutlich beſorgen könte / daß jhm diſes ſein böſes Vorhaben nicht gelingen / vnd vorgegangene Eheberedung für vnd an ſich ſelbſt nicht ſo ſtarck ſeyn möchte / daß die Jungfraw Beklagtin jhn nohtzwungenlich haben / ſie auch re adhuc dum integrâ, von jhm abgeſondert werden könde: hat er ſolcher Befahrung halben / auff Haltung der Hochzeit / welche die Mutter wegen der Tochter noch ſehr zarten Jugend / auff eine geraumere Zeit hinauß verſchoben / ſtarck getrungen / vnd ſich vber ſolchen Verzug ſehr vnwürſch vnd vngedultig erzaigt. Wie die 19 Zeugen dabey ſage / wahr ſeyn / Kläger hab ſie ſelbſt offt gebetten / an der Mutter zuſeyn / die Hochzeit zubefördern / darzu aber dieſelbe ſich nicht verſtehen wollen: auff ein Zeit hab er ſich gar zu Bett gelegt / vnd als man jhn beſucht / vnd gefragt / was jhm ſey / geantwortet / er wolle ſagen / wie jhm ſey / wann man nicht bald Hochzeit mache / wolle er ziehen / daß jhn kein Menſch mehr ſehe. Damit noch mehr andere Zeugen vbereinſtimmen.

Diſe Vrſachen / vnd ſampilich dabey ſich befindende Vmbſtänd / ſeynd vnſers vnzweifel-
64 igen Ermeſſens ſolcher Erheblichkeit, ut, ſi non faciant hunc matrimonialem contractum, ipſo jure nullum; ſaltem ob eas, à judice eccleſiaſtico ordinario diſpenſatio impetrari poſſit, per tradita Sanchez. *lib. 1. de matrim. diſp. 69 & lib. 2. diſp. 16.* Geſtaltſame dann in den defenſionalibus ſolche præjudicia glaubhafft angezogen / da in terminis multò fortioribus, & nempe poſt matrimonium jam conſummatum, diſpenſirt, vnd faſt gleichmäſſiger Vrſachen wegen / ein Eheſcheidung / vnd anderwertige Verehelichung ſelbſt zu A. geſtattet / wie wir auch nominatim Fälle anzuzeigen wüſten / dabey dem Hochlöblichen Wolehrwürdigen Conſiſtorio Eccleſiaſtico, deß Hertzogthumbs Würtemberg / poſt publica, pura, inconditionata, & de præſenti contracta ſponſalia, auch wol nach dem beraît die offentliche Außruffung von der Cantzel vorgegangen / wegen mercklichen Widerwillens / Betrug / vnverſöhnlicher Feindſchafft / vnd dergleichen Sachen halben / derowegen man keine fridliche Ehe / ſondern vilmehr allerhand Zwitracht / Widerwillen, / publica ſcandala, vnd dergleichen beſorget / völlige Scheidung vorgegangen / & utriq; parti eine freye Hand ſich nach Belieben widerumb zubeſtatten / gelaſſen worden.

Welche annullatio, caſſatio, diſpenſatio, reſtitutio, oder wie ſolches remedium ſonſten genennet / vnd von dem Hochweiſen Herrn Richter zum dienlichſten angeſehen werden möcht: nicht allein von der Jungfraw Beklagtin / mit deſto beſſerm Gewiſſen vnd Fugen geſucht / ſondern zumal von erſt wolbeſagtem Herrn Richter / auch derohalben ohn einige difficultät geſtattet werden kan / ſoll vnd muß / weil hin vnd wider auß den actis, teſtiumque depoſitionibus zuvermercken / daß die Jungfraw Beklagtin / zu jhm Klägern niemahlen keine ſondere rechte eheliche affection gehabt / auch allein in jhrer zarten Jugend / vnd da ſie vix viri potens geweſt / durch jhre Mutter mit allerhand perſuaſionibus, metuque reverentiali, zu dem Jawort gebracht / vnd verlaitet worden: Deßwegen jhro / als einem jungen Weibsbild deſtomehr zuſuccurriren / hicque contractus ſponſ. litius zudirimiren / auch ſie Jungfraw Beklagtin bey ſo geſtalten Sachen / vnd dero gar ſchweren hochbedencklichen Vmbſtänden / zu würcklicher Ehebeſtattung / in keinen weg zuarctiren / oder zuzwingen iſt.

Non enim quilibet conſenſus ad matrimonium contrahendum, ſufficiens eſt: ſed eundem ſecundum leges, ex certa ſcientia, ſine dolo, vi & metu, interponi oportet, *can. ſufficiat. 2. cauſ. 27. quæſt. 2. c. dilectus 24. ubi etiam* Panormit. & Felin. *c. tuæ fraternitatis. 25. & c. pen. ext. de ſponſ. c. fin. ext. de ſponſ. duor. & c. fin. ext. de condit. appoſ.* Schrad. *ad tit. inſt. de nupt. p. 2 n 53.* Cothman. *vol. 1. reſponſ. 1. n. 413. & ſeqq. it. n 616. & ſeqq.* 65

Et in foro conſcientiæ aliquando irritari contractum matrimonialem metu levi, quando ſcilicet conſenſus non eſt ſpontaneus, ſed metu extortus, ita ut nullo pacto contrahens id matrimonium eligeret, niſi eo metu perterritus fuiſſet; hac ratione probatur: Quia ideò metus gravis irritat matrimonium, quòd plenam conſenſus libertatem impediat in viro 66

conſtanti.

coſtanti. Ergò ſimiliter irritabit levis metus, tantum libertatis auferens in viro, qui naturâ ſuâ non eſt adeo conſtans. Tunc enim abſolutè verificatur ratio Pontificis. *c. cùm locum. 14. de ſponſ. ibi: cùm locum non habeat conſenſus, ubi metus, vel coactio intercedit.* Et confirmatur, quia ibi dicitur, plenâ libertate gaudere debere matrimonium: qua minimè gaudet, hoc levi metu intercedente. Ideò minor metus ſufficit in fœmina, ut ſit gravis, irritetque matrimonium, quàm in viro: quia propter ſubjecti imbecillitatem, minor metus eundem effectum in illa operatur, quem major in viro. Ergo ſi metus levis eundem effectum coactionis, & ablationis plenitudinis libertatis operatur in fœmina, vel in homine imbecilli, irritabit ſimiliter matrimonium: Unde, ut rectè advertit Durand. 4. *diſt. 29. quaſt. 2. n. 8.* vir inconſtans vel fœmella, ita cogitur per levem metum, ac conſtans per gravem, nec inter eos diſtat in conſenſus coactione, ſed in motivo. Sanchez. *lib. 4. diſp. 17.*

Reſponſiones ad dubitandi rationes.

Welchem allem/ was von vns biſhero decidirt, vnd außgeführt worden / ſoll mir nichten einige Hinderung bringen / was hieoben zu Eingang / loco dubitandi rationum erwehnet worden. Dann neben deme ſelbiges ſamptlich beraits in rationibus decidendi enervirt, hergelegt/ vnd widertriben iſt: Auch erſtlich diſes / quod dictum fuit, promiſſionem matrimonialem omninò adimplendam, & promittentem mediis pœnalibus, ad id adigendum eſſe Magiſtratus authoritate, in keiner obacht zuhaben/ vnd hieoben in decidendi ratione ſecundâ dergeſtalt limitirt worden / ut locum obtineat omninò nullum, ſi
67 vel ſufficientes ab alterutra parte adferantur cauſæ diſſenſus & recuſationis, vel etiam majus exinde malum ſuboriturum metuatur. Quod namque dici ſolet, conſenſu matrimoniali de præſenti interveniente, ſeu nuptiis, vel ſive juramento etiam, antegreſſis; ſuperiorum authoritate, ad eaſdem conſummandas, quoad ejus fieri poteſt, compelli debere contrahentes: Et matrimonium rectè initum diſſolvere, nèc in conjugum, nec in magiſtratus poteſtate poſitum eſſe. Id tum demum verum eſt, niſi fortè juſta cauſa dirimendorum iſtorum ſponſaliorum de præſenti extiterit, aut inter ſponſum & ſponſam tantæ exarſerint inimicitiæ, ut alter alterius conſpectum prorſus exhorreſcat, vel alteruter tam obſtinatè repugnet, ut nullis perſuaſionibus, minis vel pœnis etiam, ad conſummationem matrimonii permoveri poſſit. Tunc enim judex, ad evitandos difficiliores exitus iſtius talis coacti matrimonii, & præcavendi ſcandali ergò, ad diſſolutionem iſtiusmodi ſponſaliorum pervenire poteſt. *arg. d. c. requiſit. 17. & ibi* Panorm. *ext. de ſponſ.* Covarr. *tom. 1. de matrim. p. 1. c. 4 in princ. n. 5. 6.* Schrader. *ad d. tit. inſtit. de nupt. p. 1. n. 18.* Cypr. *de jur. connub. p. 1. c. 12. §. 5. n. 3.*

Ingleichem kan ſelbiges/ ſo bey der andern dubitandi ratione erwehnet: Nos nimirum hîc in caſu ſponſaliorum de præſenti verſari, quæ pro vero matrimonio habeantur: alſo können die von der Jungfraw Beklagtin eingewendte Vrſachen jhres diſſenſus, utpote non ſufficientes ad matrimonium jam ſollenniſatum & conſummatum dirimendum, ebenmeſſig diſorts jhren intent in keinen weg behaupten Dann hierauff nicht allein paſſim in decidendi rationibus, mit beſtand geantwortet/ daß nämblich diſe ſponſalia nicht de præſenti zunennen.

Licet quippe in actibus, qui pendent à 68
mera voluntate & diſpoſitione loquentis, in dubio verba pro præſentibus accipiantur, & pro matrimonio interpretatio fiat, *arg. cap. tua nos. 26. ext. de ſponſal. c. licet. 2. ext de teſtib. c. fin ext. de re judic. c. continebatur. 6. ext. de deſponſat. impub. c quemadmodum.* & ibi Panorm. *ext. de jurejur.* Et aliàs etiam contra ambiguè loquentem, interpretatio fieri debeat. *l. veteribus 39 ff. de pact.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 3. num. 9.* Paul. Cypr. *de jur. connub. d. p. 1. c. 4. §. 14. num. 3.* Weſembec. *in parat. ff. de ſponſal num. 3.* Beuſt. *in tract. de jur. connub. p. 1. c. 9.*

Attamen diſſentiunt multi, & inter alios 69
Schrader. *ad d. tit. inſt de nupt. n. 29.* Corn. *conſ. 91. lib 3.* & Alb. Gentil. *lib. 2. de nupt. c. 9.* qui propter oneris gravitatem, quæ in matrimonio non voluntario ſeu neceſſario verſatur, ſtatuunt: in dubio, ſi verba æquè conveniant ſponſalibus de præſenti & de futuro, ſponſalia de futuro contracta præſumi: quorum opinio etiam juri magis congrua videtur. Quamvis enim omnis promiſſio in dubio cenſeatur pura, ab eoq; incipiat tempore, quo fit. *l. eum, qui. 41. §. 1. ff. de V. O.* hoc tamen locum non habet in conventionibus iis, ubi regulariter conditionata, vel in futurum directa promiſſio, præcedere ſolet. Cùm ergò fingi non poſſit, ut matrimoniũ contrahatur, ſi priùs de eo contrahendo non ſit conventum: Sanè id, quod naturâ præcedit, & plerunque fit, potius factum, quàm omiſſum fuiſſe, præſumi debet.

Nec nos movet, quòd diſſentientes dicunt:
regulariter contra eum, qui legem contra- 70
ctus apertiùs dicere potuit, interpretationẽ eſſe faciendam. *d. l. veteribus. 39. ff. de pact.* Nam exinde ſequi non videtur, contra eum præſumendum, qui tantùm ſponſalia eſſe facta allegat; ſiquidem is juris gradus obſervaſſe dicit. Itaque præſumptio contra eum propendet, qui illum gradum neglectum fuiſſe aſſeverat. Et inde Beuſtius, *d. part. 1. cap. 9.* rectè hoc arbitrio judicis diſcreti prudentisque relinquit; qui æſtimet ex circum-

ſtantiis

ſtantiis rerum & perſonarum, quid inter contrahentes veriſimiliter fuerit actum. Quod nec diſplicet Sanchez. *lib. 1. diſput. 18.*

71 Et certè à veteribus non temerè inſtitutum, ab omnibusque gentibus rationali jure utentibus, receptum fuit: ut à ſponſalibus ad nuptias progreſſus fieret: & ut duobus hisce actibus vel gradibus, conſummatio matrimonii abſolveretur. Potiſſimum autem hæc cauſa eſſe videtur: quòd cùm ad conſervationem generis humani inſtitutum ſit matrimonium, & tàm conjugum, quàm eorum, quorum in poteſtate ſunt conjuges, conſenſum requirat; neceſſe fuerit, actum aliquem, ſeu contractum præmittere, quo ante conjunctionem, voluntas tam parentum, quam conjugum, & promiſſio diſertis verbis exprimeretur. Cui peculiare etiam nomen, propter excellentiam, tribuere placuit vetuſtati: cùm in reliquis contractibus conſenſus præcedens, & conſtituens contractum, appellatione peculiari non notetur. Inſuper ad obligationem tanti momenti, ſumma cum deliberatione & electione; quæ ſit recta cum ratione, accedendum eſt. Gemina enim eſt & anceps in connubio via: quarum altera ad miſeriam ducit, altera ad felicitatem. Itaque priusquàm te in viam des, non minùs ſollicitiùs deliberandum eſt, quàm Herculem feciſſe ajunt, duabus viis propoſitis; quarum altera ad virtutem duceret, altera ad voluptatem.

72 Jngleichem/ vnd ex abundanti geſetzt/ daß auch diſe ſponſalia de præſenti genandt werden möchten/ ſo iſt jedoch heraus hieoben angeregt worden/ quòd inter ſponſalia de præſenti, & verum conſummatumque matrimonium, in quæſtionibus repudii & divortii, ein mercklich groſſer Vnterſcheid/ von Rechts vnd Gewonheit wegen zumachen ſey.

73 Videtur quidem diſcrimen quoddam intercedere inter ſponſalia populi Iſraëlitici, ac noſtris moribus contracta. Illis enim deductio in domum erat conjuncta: ſiquidem poſt contracta ſponſalia, ſponſa tradebatur ſponſo in cuſtodiam, ut qui omnium optimè ſponſæ pudicitiam ac virginitatem aſſervare poſſet, ut Chryſoſt. *tom. 4. in cap. 1. Matth.* aſſertat: id quod noſtris moribus non ita receptum, ſed nihilominus inter ſponſalia & nuptias in populo Iſraelitico differentia manſit. Neque enim ſponſa in domum deducta, ut eſſet uxor, ſed ut eſſet ſponſa, ac ſuo demum tempore fieret uxor. Ideò dicimus: ſponſam vocari in ſacris literis, uxorem, non quòd inter ſponſalia & nuptias, h. e. inter matrimonium inchoatum & conſummatum, nulla ſit differentia: ſed quia eſt uxor ſperata, pacta, promiſſa & futura. Tertull. *lib. de velam. virg. c. 6. p. 191.* Deſponſata quodammodo eſt nupta: attamen inter quodammodo & verum, ſatis intereſt. Neque enim in ſcripturis planè eſt inſolens; denominationem rei à futuro eventu peti. Sic Adam conjugem ſuam vocat Evam, eò quòd futura eſſet mater omnium viventium. *Geneſ. 3. v. 2.* Lea Iacobi conjux, filium ſuum vocat Levi; quia ſperabat, maritum ſibi ob trium filiorum partum, arctiori amore copulatum iri. *Geneſ. 29. 34.* filiumque ancillæ Zelphæ vocat Aſer; quia ab omnibus mulieribus ob πολυτεκνίαν, ſeſe benedicendam ſperabat, *Geneſ. 30. 13.* Chriſtus Jacobum & Johannem, Boanerges, filios tonitrui vocat: *Marc. 3. 19.* quia in miniſterio ſuo tales quondam futuri erant. Ipſum matrimonii nomen à ſperato eventu eſt petitum, quia ſcil. mater expectatur, cum qua conjugii jura contrahuntur. Sicque etiam ſponſa pro uxore, ſponſus pro marito cenſentur, propter promiſſionem factam, & ſpem futuri conjugii. Hinc B. Gregorius ait in *c. qui deſponſatam. 19. cauſ 27. quæſt. 2.* divinæ legis mos eſt, ſponſas appellare conjuges; non quòd jam ſint uxores, ſed quòd à parentibus uxores fieri debeant. Sponſæ nempe appellantur conjuges, conſuetudine ſcripturæ, ſpe futurorum, non effectu præſentium, &c. Hinc Auguſtinus ait: Angelus Mariam conjugem nominavit, quia futura erat uxor. Hinc & Beda, *ſuper Lev.* ſponſam Moſes dixit uxorem, non quæ tunc erat uxor. Sponſa à prima fide deſponſationis conjux appellatur, non quòd in ipſa deſponſatione fiat conjux, ſed quia ex fide, quam ex deſponſatione ſibi invicem debent, poſtea conjuges efficiuntur.

Accuratè igitur & propriè loquendo, no-
mine matrimonii venit non initum, & pro- 74
miſſio matrimonii ſponſalibus facta, ſive matrimonium inchoatum, ſed conſummatum benedictione, traditione, & deductione in domum mariti. Vnde etiam dictum Chriſti, *Matth. 19. 6.* Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet; non de nudis ſponſalibus, ſed de conſummato matrimonio propriè eſt accipiendum, ut patet ex circumſtantiis textus. Quærebatur enim non de ſponſæ repudio, ſed de uxoris divortio, quod ex quavis cauſa licitum eſſe, Chriſtus negat: argumento eo, quod vir & uxor ſint una caro.

Quod ſi abſolute & ſimpliciter ſtatuere
velimus, ſponſam eſſe uxorem: conſequens 75
erit, nullum eſſe amplius diſcrimen inter ſponſalia & matrimonium, benedictione ſacerdotali, traductione ſponſæ in poteſtatem mariti, & deductione in domum, ratificatum & conſummatum; id quod intentioni ſponſalia contrahentium fortiſſime adverſatur, & ſupra ſatis ſuperque eſt evictum. Ex nuda appellatione, qua ſponſa dicitur uxor, non poteſt nec nec debet inferri, verum & ratum matrimonium in ſponſalibus perfici. Aliàs pari ratione aliquis arguere poſſet; Maria poſtquam à Joſepho ducta & accepta eſſet;

vocatur

vocatur ſponſa. *Luc. c. 2. verſ. 5.* Ergò ſponſalia inter eos tantùm fuere, non matrimonium Zipora Moſen vocat ſponſum, *Exod. 4. 25.* cùm jamdudum duos ex eo conjugio ſuſcepiſſet filios. Quale autem diſcrimen inter ſponſalia & nuptias, ſive matrimonium conſummatum ſit, jam ſupra ex parte dictum fuit; illudq; diſcrimen præcipuè ad ſequentia capita revocatur: quorum aliqua multa, etiam ad ſponſalia de præſenti revocari queunt.

76 Et nempe differunt ſponſalia à nuptiis. (1) Appellationibus: aliud enim eſt μνηστεύεσθαι, aliud γαμεῖν. Sponſalia à ſpondendo, h. e. promittendo dicta; conjugium à copulatione, uti unum jugum; aliud verò eſt promittere, aliud facere. (2) Definitionibus; Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum: Matrimonium eſt maris & fœminæ conjunctio, individuam vitæ ſocietatem continens. (3) Cauſa efficiente proxima: Sponſalia, cauſam efficientem habent conſenſum ſponſalitium; nuptiæ, conſenſum nuptialem. Quòd autem conſenſus ſponſalitius à nuptiali differat, comprobatum fuit ſuperiùs. (4) Materiâ: Sponſalia contrahuntur inter impuberes, & inter abſentes; nuptiæ verò minimè. Materia conjugii ſunt ſponſus & ſponſa: materia ſponſalium, mas & fœmina. (5) Forma. Sponſalia perficiuntur pactione ac promiſſione, de futuro conjugio; Nuptiæ verò præſenti traditione, cohabitatione, & ad individuam vitæ ſocietatem conjunctione. Sponſalia differunt à matrimonio, ſicut ſpes à re ipſa differt. Sponſalia enim ſunt ſpes nuptiarum. *l. ſi puella. 6. ff. de ſponſ. l. ſi uxore. 13. §. Divi. 3. ff. ad L. Iul. de adult.* matrimonium non eſt ſpes, ſed ſignificat ipſas nuptias. In ſponſalibus futurum matrimonium promittitur; in nuptiis ſive conjugio, verba ad rem conferuntur, ac promiſſio priùs facta verbis, re & facto ipſo ratificatur. (6) Fine. Sponſaliorum finis eſt, ut futuro tempore nuptiæ ſequantur, exploratis priùs contrahentium animis. Nuptiarum finis eſt, ut ad prolis generationem, mutuum adjutorium, & ſcortationis evitationem, individuo nexu contrahentes copulentur. (7) Effectis. Uxor marito debet εὔνοιαν, ſeu affectum & amorem conjugalem: Sponſa verò minimè. Uxor ad individuam vitæ ſocietatem obligatur: in ſponſa id locum non obtinet. Uxor eſt in dominio ac poteſtate mariti: ſponſa verò minimè. Uxor poſſidetur à marito; ſponſa non poſſidetur, Uxori incumbit rei familiaris adminiſtratio, ſponſæ verò minimè. Uxor mutat domicilium, ſponſa non mutat. Uxor tenetur lugere defunctum maritum, & ſi maritum non eluxit, infamiâ notatur: Sponſa non lugere cogitur ſponſum. Uxor cogitur ſequi peregrinantem maritum, ſponſa non tenetur. Sponſalibus publica honeſtas, nuptiis affinitas contrahitur, &c. (8) Adjunctis. Sponſæ habitu & veſtitu à nuptis diſtinguuntur. Sponſalia ſub conditione contrahi poſſunt, nuptiæ verò minimè. In nuptiis ætas definita eſt jure civili, ante quam matrimonium non eſt legitimum & juſtum. In ſponſalibus ætas contrahentium non eſt definita: ideoque à primordio ætatis ſponſalia effici poſſunt. Si modò id fieri ab utraque perſona intelligatur, id eſt, ſi non ſint minores, quàm ſeptem annis. In nuptiis vir neceſſariò teſtationem interponit, quòd uxorem ducat liberorum procreandorum cauſa. In ſponſalibus nihil intereſt, utrùm teſtatio interponatur, an aliquis ſine ſcriptura ſpondeat. De his & ſimilibus inter ſponſalia ac nuptias differentibus capitibus, latè & eruditè diſſerit Cypræus, *d. tract. connub. jur. part. 1. de ſponſ. cap 5. per tot.* & Dn. Joh. Gerhardus *tom. 7. de conjug.*

Quòdque denuò inter ſponſalia publica de præſenti, & matrimonii promiſſionem in facie Eccleſiæ quæ fit, differentia ſit; ſaltem moribus Eccleſiarum reformatarum, adparet ex eo: quia quæcunque ſponſalia præceſſerint, ſponſa & ſponſus interrogatur: Ob ſie einander zu der H. Ehe nehmen wollen: nicht ob ſie hievor einander zu Ehelichen Gemahlen genommen. 77

Nichtsweniger iſt in den rationibus decidendi allbereit erſtritten worden/ quòd ſponſalia etiam de præſenti, ex levioribus cauſis dirimi queant, quàm quæ ad divortium & diſtractionem veri ac jam conſummati matrimonii von nöhten: quòdque faciliùs permittatur matrimonii reſciſſio, vel diſpenſatio, quando res adhuc eſt integra, & corporum conjunctio nondum facta, quàm ſi matrimonium copula carnali ſit conſummatum, probat Dec. *conſ. 112. num. 2. verſ ſed tamen prædictis* & Menoch. *conſ. 86 num. 4.* Et matrimonio nondum per carnalem copulam conſummato, permittitur diſpenſatio, quando inter perſonas magna eſt conditionis imparitas, vel ſubeſt futuri ſcandali timor. Menoch. *d. conſ. 386 n. 4. & 7.* Pariſ. *conſil. 68. num. 131. & ſeq.* Ut taceamus, quòd in præſenti caſu, in inſtrumento dotali, futura matrimonii ſolennitas reſervatur, & eo ipſo ſatis evincitur, matrimonium in Eccleſiæ facie, ſecundum conſuetudinem & morem in Germania receptum, demùm conſummatum iri, & abſque eo nondum eſſe contractum, & omnibus numeris perfectum. 78

Non item eſt matrimonium ſine copulatione, quæ fit in Eccleſia, ex Nov. Leon. 89. ubi ait: ſacræ benedictionis teſtimonio matrimonia confirmari jubemus: adeò, ut ſi qui citra hanc matrimonium ineant, id ne ab initio quidem ita dici, neque illos in vitæ conſuetudine illa matrimonii jure potiri velimus. 78

Similiter ab Evariſto Pontifice Max. *c. aliter. 1.* 90

Q

tor. 1. cauſ. 30. quæſt. 5. ſancitum eſt, aliter legitimum non fieri conjugium, niſi uxor ſolenniter accipiatur, & à ſacerdote benedicatur. Etiam trinundinas nuptiarum promulgationes, (uti eas Tertullianus *lib. 2. ad uxor.* indigitat, & apud nos hodieque uſitatæ ſunt) Innocentius quoque 3. *in c. cùm inhibitio. 4. in pr. de clandeſt. deſponſat.* requirit ac præcipit, ut matrimonia priusquam contracta fuerint (quod probè notandum, ad intelligendam diſtinctionem, inter ſponſalia de præſenti, & verum matrimonii vinculum) in Eccleſiis per presbyteros publicè proponantur. Et Arelatenſe Concilium (uti refert Gratianus *in c. nullus. cauſ. 30. quæſt. 5.*) omnibus injungit, quòd ſine publicis nuptiis (quæ ſacerdotali conſtant benedictione) nemo nubere, aut uxorem ducere præſumat.

81 Concilio præterea Carthaginenſi *4. c. 13.* conſtitutum eſt, ut ſponſus & ſponſa in templum ducerentur, ad benedictionem ſacerdotis recipiendam. Eas quoque bannorum proclamationes tam Lateranenſe, quam Tridentinum Concilium, velut neceſſarias adhiberi voluerunt. Quin & inter veteres Caroli Magni leges, ſanctio reperitur, hisce verbis concepta: dubium non eſt, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua dicetur nuptiale non fuiſſe myſterium, *in cap. Carol. Magn. lib. 6. cap. 80.*

82 Inde Tertullianus antiquiſſimus, & non exiguæ authoritatis ſcriptor, exclamat, Unde ſufficiam, inquit, ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod Eccleſia conciliat, & obſignatum Angeli renunciant, Pater Deus ratum habet. Nam nec in terris Filii ſine conſenſu Patris ritè nubunt: quod repetit idem Tertullianus, *lib. de pudicitia.*

83 Ac in eundem ſenſum etiam Ambroſius ait; Cùm ipſum conjugium ſacerdotali benedictione (quod in Eccleſia fit) ſanctificari oporteat: quomodo poteſt conjugium dici, ubi non eſt ſidei concordia.

84 Et cùm, ut ſupra etiam mentio facta, omnium rerum, à DEO immortali ducenda ſint exordia: id ſi unquam aliàs, certè in fœdere hoc ſanctiſſimo obſervare convenit, ut ejus initium DEO conſecretur, & precibus Eccleſiæ commendetur; cùm ex hoc fonte, vitæ totius, vel felicitas, vel calamitas profluat. Hancque ſententiam (præter Conſtantinum Harmenopolum, *lib. 4. tit. 4.*) amplectitur Wilhelmus Zepperus, in ll. Moſaicarum forens. explanation. *lib. 4. cap. 21. n. 7.*

85 Ejusmodi itaque pactum conjugale vel matrimonium, quòd nondum eſt in Eccleſia ſolenniter confirmatum, facilius diſſolvi & reſcindi poteſt, quàm ſi coram facie Eccleſiæ confirmatum, & corporum commixtione conſummatum fuiſſet; etiamſi ex ſolo unius contrahentium diſſenſu, ſine cauſa reſcindendum, & retractandum non ſit. Cothmann, *reſp. 10. num. 159. & ſeqq. & num. 212. cum ſeqq.* Eſt enim inter ſponſum & ſponſam, conſenſu contracta obligatio, quæ non privata authoritate, ſed judicis ſententia & decreto, ob cauſas juſtas & legitimas, dirimi & reſcindi debet. *c. porro. 3. ext. de divort. & c. fraternitatis. 6. ext. de frigid. & maleſ.* Cothman. *d. reſp. 10. num. 214. & ſeqq.*

Vnd in ſpecie, daß die à parte der Jungfraw Beklagtin eingewendte exceptiones vnd Einreden / zu Aufflöſung ſtrittigen Eheverſpruchs / ſufficient oder gnugſam / (ſive jam de præſenti, ſive de futuro indigitentur) iſt dannenhero vnwidertreiblich zuſchlieſſen: in dem der Jungfraw Beklagtin articuli defenſionales, in contradictorio judicio, da der Gegentheil ſolche für irrelevantes angezogen / cum ſolenni & ſufficienti cauſæ cognitione angenommen / ſie Jungfraw Beklagtin zu dero Beweiſung admittirt oder zugelaſſen / auch ſolche zu rechtlicher Genüge / wie in den probation-Schrifften außgeführt / erwieſen vnd beygebracht worden.

Alſo daß diß orts nichts hindert / was bey
eben dieſer andern dubitandi ratione erweh- 86
net / errorem fortunæ & qualitatum, itemque dolum, ſponſalia de præſenti, vel nuptias, hant vitiare: accidentales nempe qualitates, interpoſito dolo, fiunt ſubſtantiales, ut in decidendi rationibus eſt deductum. Hincque, ſi nobilis, qui citra dedecus ſuæ familiæ, non poteſt ducere plebejam, ex errore ſeu ignorantia ignobilem duxerit, pro nobili; talis error ipſimet conſenſui obſtat, & matrimonium impedit, ac niſi concubitus ſubſecutus ſit, tale matrimonium dirimetur. *arg. c. 2. & cap. fin. ext. de conjug. ſervor.* Alberic. Gentil. *lib. 3. de nupt. cap. 3. verſ. addit porrò Aquinas.* Cypr. *multoties allegato, tract. de jure connub. p. 1. cap. 13. §. 36. & 37.*

Hicque omninò eſt ſciendum, quod om-
nis error, etiam fortunæ & qualitatis, du- 87
plex ſit (ut ait D. Thom. *1. 2. quæſt. 6. art. 8.* de ignorantia loquens) Quidam antecedens actum; nimirum, qui cauſam præbet actui faciendo; ita ut, eo non exiſtente, actus nequaquam fieret: atque ita efficit, ut actus ſit involuntarius. Cùm nil volitum, quin præcognitum exiſtat. Alter verò, eſt concomitans actum: qui ſcil. non inducit ad volendum, ſed ita concomitatur actum, ut eo non exiſtente, actus nihilominus fieret. Quare ut ait S. Th. *ibid.* Prior error inducit ad volendum, cauſaque eſt actus, ut ſi quiſpiam per errorem, exiſtimans fœminam eſſe Regis filiam, illam ducat, minimè ducturus, veritate cognita: erit error antecedens. Poſterior verò non inducit ad volendum, ſed accidit ſimul aliquid eſſe factum & ignoratum: Ut ſi ille, cognita veritate, eſſet adhuc ducturus, & hic error non efficit involuntarium, quòd non ſit cauſa alicujus repu-

gnantis

gnentis voluntatis, imò amplectendi ab ipſa-
met voluntate, eo errore deficiente; quare
per accidens ſe habet ad actum: at efficit
non voluntarium. Quia non poteſt eſſe actu
volitum, quod ignoratum eſt.
88 Priorem errorem, quando cum alicujus
dolo contingit, appellant Jurisperiti, *l. &*
eleganter. 7. ff. de dolo. Dolum dantem cau-
ſam contractui, quòd ſi is non adeſſet, contra-
ctus non iniretur: poſteriorem autem vocant
incidentem in contractum: quia eo detecto,
adhuc contractus celebraretur, atque ideo
non eſt cauſa. In noſtro autem caſu, erro-
rem non incidentem, ſed talem interveniſſe,
qui omnem conſenſum ſuſtulit, & actum
omninò involuntarium fecit: dubitatione o-
mni carere videtur.
89 Ac is error contractui dans cauſam, ma-
trimonium vitiat: & diſſentientes (quos re-
fert Sanchetz. *l. 7. cap. 18.*) intelligendi ſunt
de matrimonio eo, quo contrahentes jam
facti ſunt una caro. Etenim dolus, qui cau-
ſam præbuit matrimonio, ſi tam enormis
fuiſſe probetur, ut conſenſum removeret, &
prudentiſſimum quemque falleret, hoc ope-
ratur, ut matrimonium dolo contractum, *re-*
tractetur. Curt, Sen. *in l. interpoſitas. 19. n.*
7. in f. C. de transactionib. Schneidew. *in §.*
actionum. num. 33. inſtit. de actionib. Beuſt *d.*
tract. de jure connub part. 2. c. 44. verſ ſic
ſi quis &c. Mantic. *d. tac. & ambig. convent.*
lib. 1. tit. 9. n 35. verſ. Sed hoc debet. Uran.
conſ. 24. n. 6. tom. 3. Colleg Jenenſ. *in ſubſc.*
conſ. Cothm. *1. n. 734. & ſeqq. vol. 1.* Ac ex
recepta interpretum ſententia, inductus &
perſuaſus dolo, non cenſetur conſentire. Jaſ.
in auth. Sacrament. n. 29 C. ſi adv. vend Ti-
raquell. *in in pref l. ſi unquam. 8. n. 27. C.*
de revoc. donat. Borgal. *lib. 0. de dol. cap. 2.*
diviſ. 1. n. 44. & ſeqq. ubi hanc addit ratio-
nem: quia dolo captus, dicitur errare & labi,
l. 1. §. dolum ff. d. dol. mal. Nihil verò con-
ſenſui tam contrarium quam error. *l. ſi per*
errorem. 15. ff. de jurisdict. Nam, quando non
ſolùm error ab una parte, & dolus ab altera
intervenit: tunc error officit matrimonio,
etiamſi error in fortunæ bonis, vel talis ſit,
qui per ſe non ſolet nocere contractui.
90 Cùm enim dolus & fraus interceſſit; tunc
quis decipitur potius, quàm paciſcitur, ut
poſt S. Thomam & Turrecrematam, tradit
Alb. Gentil. *de nupt lib. 3. cap. 4.*
91 Idque præſertim locum habet in ſponſa
minorenni: Conſtat enim fragile & infir-
mum, multisq; captionibus eſſe ſuppoſitum
hujus ætatis & ſexus conſilium. *leg. 1. in pr.*
ff. d. minor. l. 2 ff. ad SC. Vell. adeo, ut con-
tra propria laboret commoda, *l. ſi pater 4.*
C. d ſponſal. Atqui dolus inſignis & magnus,
ex calliditate dolum committentis, & facili-
tate ejus, qui dolo deceptus eſt, æſtimatur.
92 Hæcque duo, ad probandum dolum inſi-
gnem & magnum, ſufficere, perſuaſi nempe
facilitas, & perſuadentis calliditas, etiam ſu-
pra dictum fuit: & adſtipulatur Colleg. Je-
nenſ. *in d. Reſp. Cothm. 1. n 733. 735. & ſeq.*
vol. 1. Tandem, quamvis gl. *in d. c. cùm di-*
lectus. ext. de his, quæ vi metusve cauſa. ſta-
tuat; dolum qui matrimonio cauſam dedit,
non vitiare matrimonium: attamen præter-
quam quòd gloſſa loquatur in terminis, quan-
do copula carnalis ſecuta eſt, quali in caſu hîc
non verſamur: Canoniſtæ etiam adverſus il- 93
lam gloſſam diſputant, & concludunt, hoc
non eſſe verum, ubi major & aſtutior aliquis
dolus deprehenditur. Collegium Jenenſ. *d.*
ſubſcr. conſ Cothm. 1. num. 734. & ſeqq. vol.
1. & jam ſupra etiam tactum fuit. Actoris
verò dolum eſſe inſignem, & conſenſum ex-
cluſiſſe, ſatis eſt in actis oſtenſum.
Letſtlichen hinderts nichts/ daß in 3. dubi-
tandi ratione **aufgeführt worden**: in dubio
pro matrimonio reſpondendum eſſe, utque
illud valeat, ac minimè dirimatur.
Etenim ea Theorica ita limitatur, ut mi-
nimè locum habere poſſit, ſi ab alterutra par-
te defectus matrimonialis affectus, (in quo
forma connubiorum eſſentialis exiſtit, *No-*
vell. 18. cap 11. Novell. 22 cap. 3 & Novell 89. 94
cap. 1. & Novell. 117. cap 8.) deficiat: exinde-
que triſtis eventus metuendus eſſet; quia co-
actæ nuptiæ, difficiles, ſive malos fines & exi-
tus habere conſueverunt. Alex. Tartagni. de
Imola. *inter conſ. matrimonialia. conſ 21. in*
pr. tom. 1. Et certè judex, qui videt è re con-
trahentium eſſe, ne conjungantur, ita ſuum
moderabitur imperium, ne coeant nuptiæ,
& propenſior ad diſſolvenda ſponſalia eſſe
debet. Quæ ſententia eſt Hoſtienſis, eum-
que ſequitur Panormitanus, *in c. requiſivit.*
de ſponſal & Didacus Covarruv. *part. 1. cap.*
4. epitom. de ſponſal. & matrim item Curtius
Jun. *conſ. 170. num. 1.* Ac malum quod eſt
minus, ad evitandum majus malum, eſſe per-
mittendum; & ſatius eſſe matrimonium o-
mittere, quàm inter parentes, vel conjuges
diſcordiam vel odium excitare. Menoch. *conſ.*
69. num 50. & 52. ſancivit.
Nec enim minus peccatum eſt, jungere 95
non jungendos, quàm ſeparare non ſepa-
randos. *c. juravit. ext. d. probat.* Pariſ. *conſ.*
15. num 48. & conſ. 53. n. 47. vol. 4. Coth-
man. *d. reſponſ. 86. num. 42.* nec minor favor
eſt, matrimonium vel ſponſalia de præſenti
non ritè, ſed illegitimè contracta, diſſolvere,
quam legitimum matrimonium conſolidare,
& pro eo pronunciare, Gail. *lib. 1. obſ. 112.*
num. 3. verſ deinde. Fichar. *conſil. 36 num.*
20. vol. 1. Cothman. *d. reſp. 36. num 43.* per
text. *in c. ſeries. ext. de teſtib. & c. tenor. & c.*
conſanguinei. ext. de re jud.
Quin imò ſi ſecùs fecerimus, & impetu 96
quodam animi, ſine ratione, pro matrimonio
pronunciaverimus; injuſtitiæ miniſtri erimus

& alteram partem injuriâ afficiemus. *c. ex tenore. ext. de for. comp. c. Nuper. ext. de donat. int. vir.* Johan. Fichar. *conſ. 46. n. 19. vol. 1.* Cothman. *de reſp. cap. 4. n. 20.*

Non item eſt pro matrimonio præſumendum aut judicandum, ſi alteri per pronunciationem fieret injuria. *d. c. ex tenore. ext. de for. comp* Zal. *conſ. 3. n. 71. verſ. non obſtat quòd cauſa lib. 2.* Alex. *conſ. 152. num. 1. verſ. nam ut ibi dicant. lib. 5.* Cothm. *d. reſp 86. n 92.*

Sanè ſi rectè rem perpendimus: favor matrimonii non in eo conſiſtit, ut protinus pro matrimonio pronuncietur; & inviti, reluctantes, & impares ſæpe conjungantur, ubi alias legitimus conſenſus, & contractus ipſius matrimonii negatur, vel clarè & ſufficienter non probatur, aut cauſæ adſunt reſcindendi. Nam ex tali violenta conjunctione, devaſtatio potius matrimonii, ut ipſa docet experientia, quàm conjugalis concordia, & dilectio ſequitur. Fichar. *conſ. 36. vol. 1. n. 19.*

Welchem allem nach/ wir unanimiter auff der Meinung verharren/ daß die Jungfraw Beklagtin von angemaßter Klag/ gäntzlich zu abſolviren/ und zu entbinden ſey.

Theodor. Thum. SS. Theol. D.

Chriſtophorus Beſoldus, JC

Additiones.

COnſilium hoc, inſeruit quoque tr. ſuo de nuptiis, *fol. 271.* Dn. D. Harprechtus. Et ferè ſimilem quæſtionem habet Köppen, *enucleat. 4.* ut & Nicolaus Everhardus ſenior. *conſ. 178.* ac Mar. Antonin. *reſolut. 2 lib. 1.* Et certè, quamvis per errorem fortunæ, matrimonium non vitietur: Alber. Gentil. *lib. 3. de nupt. cap. 4.* Aliud tamen eſt, ſi non tantùm error ab una, ſed & dolus malus intervenerit ex altera parte. Si v. g. inops puella, ſe ipſam venditans pro opulenta, juvenem circumvenerit aſtu. Gentil. *d cap. 4.* Cypr. *d. ſponſal. cap. 13. §. 58.* contra Covarruv. Et habetur ſimilis caſus ſupra. *p. 2. conſ 80.* Praxis etiam Conſiſtorii Epiſcopalis Conſtantienſis talis eſt, &c. Nos (officialis) auditis hujuſmodi querela, & qualitate ejuſdem Ludovici, in ſequentem pronunciamus modum. Cùm in ſponſalibus tacitè contineatur, ſi res in eodem ſtatu permanſerit: & juxta generalem regulam, toties ſponſalia diſtrahi & diſſolvi queant, quoties tale quid evenerit, quod ſi præceſſiſſet, ſponſalia non fuiſſent contracta. Propterea, ob ſupervenientem furorem ſponſi, ipſi ſponſæ alibi, in Dn. nubendi, licentiam concedimus, in his ſcriptis, &c. Sic qui juravit, aliquam puellam ducere uxorem, intelligitur tacita conditio, ſi det dotem. Surdus *d. alim. 1. quæſt. 32. num. 13.* Ergò etiam tacita conditio, caſui noſtro ineſt; ſi vera ſunt quæ dixit aſſertus ſponſus. In eadem quoq; hacce cauſa conſilium extat, inter Argentoratenſia. *tom. 1. conſil 50.*

Conſilium CCXXXVIII.

Privilegia ordinis Equeſtris S. Johannis recenſet.
Et quibus rationibus die Landsfürſtliche Obrigkeit/ *& exemptio ab eadem probetur.*

CASUS.

neo inſtitui, vel ei aliquid relinqui poteſt ſe-
cundum Plateam, *in §. Teſtamentum. quæſt. 31.*
Boërium, *deciſ. 127. n. 3. & ſeqq.* Dnennam
in reg. 353 & Sichard. *in l. 2. Cod. de hæred.
inſtit.* So dann / dieweil Chriſtoph vnd Do-
rothea ſein Eheweib etliche namhaffte Güter/
den zweyen nepotibus verlaſſen haben.

Nam pater poteſt filium naturalem & legi- 61
timum ex filio ſpurio, in quibus terminis ta-
men hîc non verſamur, inſtituere, vel ei ali-
quid relinquere. *per l. fin. Cod. de nat. liber.*
Alexand. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. col. 1.
ff. ad Trebell.* Andr. Gail. *obſerv. pract. 115. lib.
2.* daß alſo der mehrer Theil Güter der Mar-
grethen/ von der Cathrina B. als jhrer Stief-
mutter / ſo dann / von dem Philipſen jhrem
Bruder/ zugefallen vnd zugeſtanden. Die vbri-
gen aber von dem Chriſtophel vnd der Doro-
thea/ den zweyen nepotibus, wie das Teſta-
ment mit ſich bringt/ verſchafft worden ſeynd.
Derowegen dann die Freund / auff der Doro-
thea Seiten / deſto weniger Anſprach an das
vberlebend ſtrittig Gut haben könden. Vnd
das vmb ſo vil deſto mehr/ dieweil die Margre-
tha nicht allein jhr Mutter Dorotheam ab in-
teſtato geerbt/ ſondern auch/ daß gedachte Do-
rothea zu einem Vberfluß/ ſie Margretham jhr
Tochter durch ein ordenlich / dem Fürſtl. Land-
recht gemäß auffgericht Teſtament zuerben ein-
geſetzt hat. De materia hujus conſilii, vid. Seſſ.
lib. 1. deciſ. 34. Sarmient. *1. q. 6.* Tilem. Ræ-
nerum, *cap. 44.* Pingizer, *quæſt. 2.*

Conſilium CCLV.

De crimine veneficii, & quomodo tortura in eo locum habeat?

Demnach vns vnterſchriebenen/ die jenige inquiſitions acten/ ſo wider Agneſen Gecin/ Hans N. ſeeligen/ gelaſſene Wittib/ wegen Ehebruchs/ auch da ſelbige den jenigen/ mit welchem ſie lange Jahr ehebrecheriſch zugehalten/ nachgehends jhrer leiblichen Tochter zur Ehe gegeben; ſo dann verdachter Hexerey halber außgeübet/ zu dem End jüngſten vberſchaffet worden / daß wir ſolche mit Fleiß durchleſen / auch vnſer rechtlich / doch kurtz gefaßtes Bedencken: Nämblich/ ob vorgedachte Agnes/ auff einkommene indicia, zur Tortur / oder ſcharffen Frag gezogen werden könne? fürderlich Herrn N. zukommen laſſen wolten. Als haben wir zur Folg ſelbigen/ diſes Werck / als ein verhaffte Perſon betreffende/ alſobald vnter handen genommen.

Was nun vorderiſt die vermuetete Hexerey
1 anlangen thut/ iſt es an dem/ daß zwar ad inquirendum & incarcerandum, præſertim in crimine magiæ & veneficii, levia etiam indicia ſufficere dicantur; adeò, ut Johannes Franciſcus de Ponzinib. *in tract. de lamiis. n. 88.* tradat, in hoc crimine, ex ſola ſuſpicione procedi ad inquirendum, quamvis diffamatio non præcedat.

2 Attamen conſtans omnium ſententia eſt, quòd non ſufficiant quæcunque indicia; ſed graviſſima, & veroſimilia; non præſumpta, ſed certa, & luce (quod ajunt) meridiana clariora, ut tradunt Menoch. *d. arbitr. libr. 2. caſ. 270. ex num. 5. & de præſumpt. quæſt 89. num 3. & conſil. 283. vol. 3. num. 2.* Maſcard. *de probat. concl. 335. num. 2.* Jul. Clar. *in pr. quæſt. 64. vol. 1. num. 23.* Burſat. *conſil 336. num. 16. vol. 1.* Ita, ut ad condemnationem nihil aliud judici deeſſe videatur, quàm rei confeſſio. *l. milites.* ibi, *velut certis indiciis adductis ff. d. quæſt. l. 1. ff. d. cuſtod. reor.* ibi, *ut ſola rei confeſſio deeſſe videatur.*

3 Ac porrò judex hoc in caſu ita debet arbitrio ſuo uti, ut canonibus, legibusque ſe accommodet, neque præſumptionibus magis credat, quam leges ipſæ permittunt, etſi vehementer putet, conjecturam aliquam eſſe veram: cùm ex propria conſcientia, etiam ſibi certâ, haud debeat judicare, ut poſt Simancam, *d. cathol. inſtit. tit. 50. num. 8.* in terminis noſtris ſcribit Dn. Franciſc. de Torreblanca Villalpandus, *in ſua Dæmonologia*, (quam juſſu Regiæ Majeſtatis, in Hiſpania nuper conſcripſit) *lib. 3. cap. 16. ad fin.*

Qui idem Torreblanca, *cap. ſeq.* per diſ-
4 curſum tradit: indicia levia illa dici, quæ ſola ſuſpicione, ſive levi juris præſumptione nituntur. Indicia autem gravia, & ad torturam ſufficientia haberi, quæ ſunt violenta & proxima delicto, aut ut Proſper. Farinac. tradit, *de tortur. quæſt. 37. ſub num. 10.* quæ reſpiciunt rei veritatem, & delictum tangunt. Hæcque dicuntur indicia indubitata, *in l. ſciant cuncti. Cod. de prob.* quia arctant mentem judicis, ut omninò credat, & non poſſit in contrarium declinare, Paul. de Caſtro. *in l. fin. Cod. de probat. num. 5.* Maſcard. *lib. 3. de probat. concluſ. 1222. num. 61.*

Seynd derowegen die/ wider die Verhaffte in beſtehende indicia, ordine zubetrachten/ vnter welchen das erſte auß Stophel Hirſchen vnd ſeiner Haußfrawen/ (bey den actis, *ſub nu. 3.*) depoſition genommen wird. Es iſt aber ſolches ad torturam nicht allerdings genugſamb. Angeſehen / ſelbiger nicht ſelbſten dabey geweſen / da Georg Adler / vnd die Verhafftin miteinander gezechet/ auch ſein Hirſchen/ jungem zwölffjährigem Söhnlein ein Trunck gegeben worden. Et ſunt ea demum indicia legitima, 5
quæ probantur per teſtes de viſu, Cacheran. *deciſ. 79. num. 6.* Poſito ergò, es ſey mehrgeſagter Bub mit einer zauberiſchen Kranckheit behafft geweſt / weil Laub / Katzenwedel / Federn vnd dergleichen vnnatürliche Sachen von jhm kommen. Schlieſſet ſich doch nicht/ daß ſolcher Schad von jhr der Verhafftin hergefloſſen: weil auch inſonderheit diſer Bub nicht gleich in den Fußſtapffen / ſondern erſt vber etliche Stund kranck worden.

Certum enim illud indicium habetur, ſi ſaga inimico incolumi minitari, vel eum tangere animadvertatur, & ille repentè mortuus concidat, aut afficiatur elephantiaſi, membrorum diſtortione, apoplexia, ſubitoque morbo. Johan. Bodin. *de Dæmonoman. lib. 4. cap. 2. poſt princ. verſ. ſi audiatur ſaga. pag. 556.* Johan. Zanger. *tract. d. quæſt. ſeu tortur. c. 2. n. 200. ante med. verſ. aut ſi ſaga tangens.*

So wird ferner ſein Stophel Hirſchen depoſition damit elevirt, weil er vermeldet/ daß an eben ſolcher Kranckheit der Beklagtin Ehemann ſeelig/ auch jhr beeder Sohn geſtorben; da doch ſonſten auß den actis befindtlich / daß er maritus vil Jahr ein gebrochener Mann geweſen/ endlich geſchwollen / vnd die Grimmen gehabt/ auch daran geſtorben. Der Sohn aber einen Trunck gethan/ vnd darauff aſtmathicus oder engbrüſtig worden.

Daß/ nach offtgedachten Stophel Hirſchen Außſag/ die Verhafftin/ wie auch Georg Adler/ jhne zu dem Männlein nacher N. gewiſen. Item, daß ſolches Männlein geſagt ein Weibsperſon hab es ſein Hirſchen Söhnlein gethan/ iſt für kein rechtmäſſig indicium zuhalten. Angeſehen/ dergleichen verdächtigen Wahrſagern/ als diſcipulis mendaciorum patris, nicht zuglauben. Vnd weil angedeutes Mänlein zweiffels ohn/ ſonſt für ein Artzt gebraucht worden/

kan/ die.

kan die Verhaffrin auch guter Meinung ihne Hirſchen zu ſelbigem gewiſen haben.

Was *ſub num. 10.* von einer Pflegethänger erzehlet/ welche in Veit Magen/ deß Wirths Hauß gehalten worden/ allda etliche Knechte ſich ohne Urſach / ſalvo honore, übergeben/ auch Michael Hirſch / Chriſtophel Hirſchen Sohn/ welcher nicht evomiren können/ kranck worden. Iſt diſes nicht directè auff die Verhaffrin zuziehen/ ob ſie ſchon ſelbigen Tags ſich auch in dem Wirthshauß befunden: dann diſer Verdacht allein daher flieſſet/ weil die Verhaffrin bey den Leuten in dem Concept / als wann ſie ein Hex were/ darauff man gleich diſer That halber auff ſie gefallen/ wie in actis inquiſitionis, *ſub num. 2.* fürnämblich auß Hannß Haffners depoſition zuvernemmen/ daß diſer der Agneſen auffgelegter Bezüg allein ex levibus ſuſpicionibus hergefloſſen. Und benimbt diſorts allen Argwohn / fein Michael Hirſchen eigne Bekandtnus/ *ſub num. 20.* da er vermeldet/ er habe die Agneſen ſelbigen Tag nie geſehen.

Welchem auch diſe ſuſpicio, *ſub eod. num. 2.* gleich zuſchätzen/ daß die Verhaffrin nicht gern einer Kindbetterin kochen wollen/ damit/ wann ungefähr ſie kranck würde/ man ihr die Schuld nicht zumeſſen thäte.

Was dann *ſub num. 25.* von Anna Feiſtin/ auch dero Schweſter Barbara zu K. von Abmeſſung der Schuch deponirt, gibt einen ſtarcken Verdacht.

Zu dem auch ſolcher Außſag ſelbiges zu hülff kommet/ was *ſub num. 17.* von dem Vatter diſer beeder Töchtern berichtet wird: er habe noch eine Tochter/ Gretha genandt/ welche unterweilen der Anna Schuch auch angelegt/ und ſo bald ſie ſelbige Schuch angetragen/ habe ſie ſtracks Schmertzen in dem Fuß empfunden/ und wan ſie ſolche wider abgezogen/ habe ſie wider Ruhe gehabt/ hab alſo ſelbige Schuh gantz hinweg werffen müſſen. Und iſt benebens dieſes Schuchmeſſen gar unnötig und ungewohnt. Derowegen als ein zauberiſche Ceremoni/ und Urſach gleich darauff erfolgten Schadens/ höchſt verdächtig.

Ob nun wol diſe indicia an ihme und für ſich ſelbſten (quodlibet ſingulatim conſiderando) zu peinlicher Frag nicht gnugſamb; wann jedoch etliche zuſammen gezogen/ machen und gebehren ſie ein veriſimile argumentum venefici commiſſi. Peinliche Halßgerichts Ordnung Kaiſers Carls deß Fünfften. *art. 44 junct. art. 25. 26 & 27.*

Sic & aliàs etiam in jure noſtro, plura per
7 ſe imperfecta, unum conſtituunt perfectum. *l. cùm ſcimus. 22. in princ. Cod. d. agricol. & cenſit. libr. 11. l. ſancimus. 27. Cod. de teſtam. & l. inſtrumenta. Cod. de probation.* vide Bocer, *de tort. cap. 3. fol. 285, num, 127. & ſeqq.* Atque in propoſito noſtro, de tortura imponenda, idem ſentiunt de pluribus remotis, & levibus indiciis, Paris de Puteo, *in tract. de Syndic. §. mandavit. n. 27. & ſeqq.* Hippol. de Marſil. *in crim. §. diligenter. num. 177.* Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 64. num. 14.* Caſon. *tract. de torment. cap. 6. n. 11. & ſeqq.* Adſeſſor Cameræ Imp. *in tom. ſymphorema. 2. part. 1. vol. 6 num. 61.*

Zu welchem noch ferner komt/ daß die Verhaffrin ſich in ihren Verantwortungen / auff fürgehaltene indicien gar ſchlechtlich excuſiret. Als zum Exempel/ *ſub num. 12.* wird berichtet/ als ſie bereits examinirt worden / und wider zu Hauß gehen wollen / habe ſie Melchior Vogels Weibs Buben angetroffen/ und gegen ihme vermeldet/ O Jäcklin/ Jäcklin/ ſage zu deiner Mutter/ wann ich nur noch einmal könte bey ihr ſeyn / ꝛc. Darauff gibt Verhaffrin/ *num 14.* diſe gar unglaubige Antwort: daß gemeldtes Vogels Weib / an einem Sontag Abends vor der Veſper/ Werck zu dem Hechlen bereit / vermeine ihr ſolches in geheim anzuzeigen/ damit ſie nicht in ein Straff komme.

Welche Mahnung gar importuna, und von einer / ſo dergleichen hohen Sachen wegen/ von der Obrigkeit beſchickt worden/ nicht veriſimilis.

Item, iſt die Verhaffrin in ihrer Außſag betails varia und mendax erfunden worden / ſo wol/ was die adulteria, und Verheuratung ihrer Tochter; als die verargwonete Hexerey betrifft: weil ſie anfangs mit dem Neumayer/ wie lang ſie mit ihme zugehalten / wie offt ſie die Ehe gebrochen / ſehr variirt, und mit der Sprach nicht herauß wollen. Dann ſie *ſub num. 5.* diſes Ehebruchs halber/ gar nichts bekandtlich ſeyn wollen. *ſub num. 10.* aber/ iſt ſie allein etlicher actuum geſtändig *ſub num. 9.* will ſie ſich keiner Zahl zuerinnern wiſſen/ und gleich darauff hat ſie hoch betheuret / daß ſie nit über 30. mal mit ihme zugehalten. *ſub num. 12.* thut ſie ſelbſt zweiffeln / ob ihre zwey jüngſte Kind von dem Ehemann/ oder dem Neumaier ihrem adultero entſproſſen.

Wie ſie nun ratione adulterii, varia & mendax erfunden worden; als thut ſie in gleichem wegen der Verkupplung/ gedachtes Neumayers / deß adulteri, gegen ihrer leiblichen Tochter / nicht gerad zugehen. Dann ſie *ſub num. 19.* fürgibt/ der Neumayer ſeye dem Mägdlein (ihrer Tochter) ſtarck nachgegangen / es habe ihne auch das Mägdlein ſelbſten genommen. Item, ſie habe der Tochter zum offtern gewöhrt/ daß ſie den Neumayer nicht nemmen ſol / weil er ſo ungeſund. Diſes aber thut die Tochter *ſub num. 12.* gantz verneinen/ mit fürgeben/ die Mutter hab ihr nit gewehrt / ſondern geſagt / ſie ſolle ihne Neumayer nemmen / ſie wolle ihr geben/ was in ihrem Vermögen ſeye/ ihr Vatter aber habe es nicht gern geſehen.

Item, befindet ſich noch ein mendacium, oder ungleiche Zuſag/ in dem ſie *ſub num. 15.*

angezeigt / ſeyen nie keine Mägdlein von N. bey ihr / in ihrem Hauß geweſt / habe nie keinem Mägdlein Schuch angemeſſen / hab wol können warten mit dem Schuchmeß / biß ihre Mägdlein heimkommen / wann ſie ihnen hab wollen Schuch kauffen. Da doch ſolches obverſtandener maſſen *ſub numer.* 14. von dem Mägdlein / welchem man die Schuch gemeſſen / vnd ſeiner Schweſter / Vmbſtänd / vnd beharrlich angezeigt / auch *ſub num.* 19. von dem Vatter ſolcher Töchterlein / noch mehrer beſtättigt / vnd ſehr glaubhafft gemacht wird.

So kan man ebenmäſſig nicht vermuten / daß diſe zwey Mägdlein / ſo nunmehr bey ihren Jahren / ſich geirret: weil ſie / wie *ſub num.* 7. zuſehen / der Verhafftin Hauß für ſich ſelbſten gezeigt / vnd vermeldet / in ſelbiger Hoffraitin / hab ihnen / ſie Agneſa die Schuch gemeſſen / vnd wiſſen ſich noch gar wol zuerinnern / daß es an ſelbigem Ort beſchehen.

8 Et certum eſt, teſtem puberem tactum, teſtificare poſſe de iis, quæ vidit in pupillari ætate; ſi talia ſint, ut potuerint eo tempore cadere in illius ſenſum & intellectum. *cau. col. etiam. diſt.* 30. Azo. *in ſumma, Cod. de teſt. num.* 7. Decius, *in l. impuberes. num.* 11. *ff. de reg. jur.* Alexand. *conſil.* 29. *num.* 14. *vol.* 7. Farinac. *de teſtib. quæſt.* 58. *num* 58. præſertim, ſi pubertati proximus extitit.

9 Item, quòd rei captivi mendacium & varietas faciat indicium ad torturam, aliis præſertim adminiculis concurrentibus; idem Farinac. tradit. *tractat. de tortur. quæſt.* 52. *n.* 8. *&* 10. *item num.* 29.

Zu dem iſt die Verhafftin derenthalb pro deviori perſona zuhalten / vnd deſto eher mit der ſcharffen Frag anzugreiffen / weil ſie beneus propria ſua confeſſione, eines vilfältigen adulterii vberzeuget / auch noch ferner ſehr verdächtig / vnd mit jhrer eigen Tochter Außſag beſchweret iſt / daß ſie ſolche zu obangedeutem inceſtuoſo coitu verlaittet.

Item, iſt ſehr zweifelig / ob ſie nicht mit ihrem adultero, auch nach der Tochter Hochzeit zugehalten / weil ſonderlich der böſe Feind / deſſen conſortii die Verhafftin verdächtig / ein author, Stiffter vnd Beförderer iſt / dergleichen nefariarum, inceſtuoſarumque copulationum, & prophanationum ſancti Myſterii matrimonialis.

Deme allem nach / weren wir der Meinung / daß die Verhafftin von der ſcharffen Frag nicht allerdings zuentledigen / damit man aber deſto ſicherer ſeye / auch ſich die Verhafftin / oder ihre Freundſchafft deſto vil weniger zubeklagen haben / hielten wir darfür / auch rechtlicher Ordnung gemäſſer zuſein / wañ vorderſt Stophel Hirſch / vnd ſeine Haußfraw / wie nicht weniger die zwey Mägdlein zu N. auch der Verhafftin Tochter / ſeparatim, mit der Verhafftin / deßwegen ſo angebeine Perſonen / wider ſie

Verhafftin außgeſagt / ſelbige aber verlaugnen thut / confrontirt, vnd gegen einander gehört / folgends der Verhafftin ſpacium deliberandi zu ihrer Verantwortung / & ad eliſionem indiciorum gegeben werden.

10 Nam & in maleficii crimine, proceſſus poſt capturam ordinarius obſervari debet. Torreblanca, *lib.* 3. *cap.* 16. *per diſcurſ.* Dn. Bocer. *in conſil. ipſius tractatus de tortur. præfixo. num.* 27. *& ſeqq.*

Es wird auch vonnöhten ſeyn / daß die Gezeugen / als der Hirſch vnd ſeine Fraw / die zwey Mägdlein von N. ſampt ihrem Vatter beeydigt werden.

11 Teſti enim injurato minimè credi ſolet, idque locum habet iis etiam in cauſis, in quibus proceditur omiſsâ juris ſolennitate, ſolà facti veritate inſpectâ. Brevitati etenim ita ſtudendum eſt, ne veritas diſpendium patiatur. Menoch. *caſ.* 26 *num* 6. Myntinger 4. *obſervat.* 30. *num.* 14. Ruland. *de Commiſſar. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 11. Farinac. *n.* 61. Francoſcinq. *reſolut.* 5. *num.* 13.

Wann nun ſie Verhafftin ſich nicht gnugſamb entſchuldigen / obverſtandene indicia gebührlich hintertreiben / vnd purgiren thät / were mit ihr zur peinlichen Frag zuſchreiten.

12 Wann jedoch ſelbige ein gefährlich Werck / vnd nicht allzeit die Warheit eröffnet / per text. *in l.* 1. *quæſt.* 23. *ff. de quæſtionib.* Derowegen hoch notwendig / daß nach Beſchaffenheit deß Argwohns vnd Vermutung / auch der Perſon Gelegenheit / die Tortur vnd ſcharpffe Frag fürgenommen / vnd angeſtelt werde / juxta text. *in l. quæſt.* 7. *& l. de minore.* 10. *§. tormenta.* 8. *ff. d. t.* peinliche Halßgerichtsordnung Kayſers Caroli V. *art.* 58. Kilian. Konig. *in ſua pract. & proceß* von der ſcharffen Frag.

13 Beneben die Verhafftin in der nähe / von andern Hexen nit angegeben worden / oder mit ſelbigen indiciis beſchweret iſt / welche in der peinlichen Halßgerichts Ordnung *art.* 44. als rechte Anzeig einer Hexerey gehalten werden: ſie auch allbereit berichter maſſen / etwas peinlichs / vnd mit dem Däumlen (quod eſt ſpecies & gradus torturæ) vber diſe indicia befragt worden. Derohalben vermeinen wir / daß der Verhafftin zwar nicht allein der Nachrichter / mit ſeinen tormentis vnter Augen geſtelt; ſondern ſie auch von demſelben angefeſſelt / doch nur ein einzig mal / zwar ohne angehänete Gewicht auffgezogen / aber zuvor notdürfftig der Mißhandlung vnd indicien halber gefragt werde. Wann ſie was weiters bekant / wird man ſelbigem nach ſich ferner zuverhalten wiſſen. Solte ſie aber auff dem läugnen verharren / were ſie der Gefängnuß auff ein Vrphed vnd Bürgſchafft / de non vindicando carcere, vnd ſich auff jederzeit Erfordern widerumb zuſtellen / nach erſtatteter Atzung vnd Gerichts Koſten zuentledigen.

Reus

14 Reus enim hoc in caſu, carcere & omnibus vinculis liberari, priſtinæque libertati, qua ante capturam fruebatur, reſtitui & dimitti debet, quousque, id eſt, donec novum indicium oriatur, ſine ampliori & plenaria abſolutione. Idque receptum eſſe in practica, Damhauderius, *in prax. rer. criminal. c. 40. n. 2.* ſcribit. Doch muß eo in caſu auff jhr thun vnd laſſen gute Achtung gegeben wer-
15 den. Vnd obſchon in caſu, quo reus ex veriſimilibus criminis indiciis captus & tortus eſt, ſed innocentiam ſuam per torturam aperuit, expenſæ litis compenſentur, peinliche Halßgerichtsordnung. *art. 61. verſ.* vnd ſoll/ꝛc. Jedoch kan diſer Vnkoſt/ oder auch noch ein andere weitere Geldſtraff/ jhr Verhafftin mit Recht vnd Fugen/ wegen jhres vieljährigen Ehebrecheriſchen Lebens/ vnd daß ſie zu verfolgter Blutſchand/ & ad nefarias nuptias jhres adulteri Vrſach gegeben/ (auch vber außgeſtandene Gefängnuß) abgenommen werden.

Chriſtophorus Beſoldus D.

Joh. Geor. Beſoldus D.

Conſilium CCLVI.

An Patris diſſenſus ſponſalia reſcindat, etiam concubitu firmata?

AUCTORE C. B.

Facti Species.

DEs hat Titia, als angemaßte Klägerin/ Sempronium, vor einem löblichen Ehegericht zu A mit Recht fürgenommen/ vnd geklagt/ er hab jhr die Ehe verſprochen/ auch ſie darauff beſchlaffen vnd geſchwängert/ daß ſie einen jungen Sohn von jhm bekommen: Vnd derwegen begehrt/ mit Recht zuerkennen/ daß er ſie zu ehelichen ſchuldig ſeyn ſolle.

Darauff Sempronius der Beklagte litem negativè conteſtirt, daß er auff jhr gegebene vielfältige Anreitzung ſie beſchlaffen zwar bekendt/ doch deß Eheverſpruchs durchauß nicht geſtändig geweſen.

Dieweil aber er Sempronius zur Zeit ſolcher prætendirter Eheverlöbnuß/ mehr nicht als achtzehen Jahr auff ſich gehabt/ auch vnter ſeiner Eltern Gewalt geweſen vnd noch iſt. So hat ſein Vatter krafft habenden diſes vätterlichen Gewalts der Klägerin ſich widerſetzt/ vnd interveniendo ins Recht eingelaſſen/ ſein Jus vnd Intereſſe auß den Göttlichen vnd Weltlichen Rechten/ wie auch der Stadt A conſtitutionen nach Notturfft eingeführt/ vnd dardurch die prætendirte Eheverlöbnuß/ da ſchon dieſelbe vorhanden ſeyn vnd erwiſen werden ſolte/ zuhintertreiben vnderſtanden.

Als er aber hernach in competente termino, nach erörtertem puncto reſponſionum, angeruffen vnd begehrt/ ſich ad deductionem & probationem der eingebrachten articulorum interventionalium zuzulaſſen/ iſt erkant worden. Daß die intervention Sach eingeſtelt ſeyn ſoll/ biß die gewöhnliche inquiſition vnd Verhör mit der Klägerin vnd Beklagten fürgenommen vnd verrichtet ſey.

Hat alſo der Vatter bißher mit deducirung vorermelter articulorum interventionalium, innhalten müſſen.

Immittelſt aber iſt man in der Hauptſach mit der inquiſition fort geſchritten/ die Klägerin vnd Beklagten verhört/ vnd iſt der Beklagte beſtändig darauff verharret/ daß er der Klägerin die Ehe nicht zugeſagt.

Geſetzt aber/ daß die Eheverlöbnuß beygebracht worden/ oder noch erwiſen werden könne: So will doch der Vatter darfür halten/ er ſeye krafft der Rechten vnd angezogener A. Municipalien wol befügt/ die vorgangene Eheverlöbnus/ da je eine vorhanden/ vnd erwiſen were/ zuhintertreiben/ vnangeſehen/ daß die copula carnalis auch auff jhr der Klägerin gegebene Anlaitung erfolget iſt.

Damit er nun der Sachen ſatten vnd beſtändigen Grund erlangen/ vnd alſo wiſſen möge/ was er ſich auff ein oder andern weg/ vermög der Rechten/ hierunder zuverſehen: ſo iſt jhme/ vnangeſehen vil gelehrte vnd fürnehme Rechtserfahrne/ ſein Vorhaben als billich vnd rechtmäſſig approbirt, nichtsdeſtoweniger an die hand gegeben worden/ auch anderer vornemer Doctorn vnd Rechtsgelehrten conſilia vnd rechtliche Bedencken vber nachgeſetzte Fragen einzuholen.

(1) Ob nicht die prætendirte Eheverlöbnuß (da ſie anderſt vorgangen) als heimlich/ vnd ohne/ auch wider deß Beklagten Vatters Willen beſchehen/ krafft aller Rechten/ nichtig/ krafftloß/ vnd von Vnwürden ſeye?

(2) Ob die copula carnalis als ein ſündlich vnd verbotten Werck/ daß vorhergangene an ſich ſelbſt nichtige vnd krafftloſe Verſprechen corroboriren könne?

(3) Ob der Vatter non attento, quòd res non ſit amplius integra, einen weg als den andern/ vermög der Rechten vnd angezogener A. municipalien/ krafft ſeines habenden vndiſputirlichen vätterlichen Gewalts/ die vorgangene Eheverlöbnus (wann dieſelbe beſchehen ſeyn ſolte) zuhindertreiben befügt ſey oder nit?

Demnach wir Decanus vnd Dd. der Juriſtiſchen Facultät zu Tübingen/ freundlich erſucht worden/ auff hievor geſetzte Fragen/ vnſer rechtlich vnd gantz vnpartheyiſches gutachten/ mit

ten/ ſolo juſtitiæ & honeſtatis obtutu, mit etwas Außführung zueröffnen. Als haben wir diſes billichmäſſige Begehren in keinen weg verweigern/ ſondern deme willfährig ſtatt geben ſollen.

Prima Quæſtio.

1 Vnd iſt hierauff bey der erſten Frag vns zwar vnverborgen/ quòd plerique legiſtarum & canoniſtarum, tam legendo quam conſulendo prodidere; parentum conſenſum, de honeſtate quidem nuptiis liberorum intervenire, adhiberique poſſe, minimè verò neceſſarium eſſe. Ideoque ſponſalia vel nuptias à liberis proprio arbitratu contractas, ratas firmasque manere; nec propter parentum diſſenſum ullo modo irrita cenſeri. *prout nominatim prodiderunt* Nicol. Everhard. *conſil. 15. n. 6. & ſeq. conſ. 96. num 9. & conſil. 182. num. 6.* Menoch. *conſ. 69. num 19 ubi alios cumulatim laudant.*

2 Quin & hoc idem enunciatum juri Divino atque naturali conſentaneum eſſe (cumprimis propter libertatem matrimoniorum) communiſſimè ferè, ſi multitudinis adſtipulatorum rationem ineamus, *receptum* videtur. Sic quippe tradunt Nicol. Sudorius, *lib. 2. diſput. civilium pag. 166.* Anton. Faber. *in jurisprud* Papinian. *tit. 9. princ. 4.* Giphan. *ad l. 30. ff. de reg. jur.* Anton. Guibert. Coſtanus, *lib. 1. quæſt jur. cap. 12. & in tract de matrimoniis, tit. de ritu nuptiarum. num. 89. & ſeq.* Menoch. *de arbitr. judic. cauſ. lib. 2. caſ. 453. nu. 7. & ſeqq.* Covarruvius, *part. 2. d. matrim. §. 8. num. 1. & 2.* Henricus Caniſius, *in ſumma juris canonici, lib. 2. tit. 10.* Illuſtr. Bellarmin. *controverſ tom. 1. de matrim.*
3 *cap. 27. & alii infiniti.* Quæ eadem ſententia recepta atque firmata quoque eſt, cùm in Concilio Tridentino, *ſeſſ 24. can. 1. in princ.* tùm & à Carolo V. Imp. in declaratione Religionis, quæ Interim dicitur, *t. de ſacram. matrim. circa fin.*

4 Idque adeò quibusdam certum eſſe videtur, ut contendere auſint: legem municipalem, quæ nuptias puellæ, inſciis parentibus contractas, invalidas ſtatuit, irrationales & nullius momenti eſſe: ut & eam, quæ conſulere priùs parentes præcipit, licet neceſſitas conſilio obſequendi haud fuerit injuncta, Menoch. *de arbitrar. judic. cauſ. libr. 2. caſ. 452. num. 16.* Joh. Petr. Surd. *de alim. tit. 1. quæſt. 6. num. 8.* Vasqv. *1. controv. uſufr. 5. num. 14. 15. & ſeq.* Ac præſertim Fulvius Pacian. *in tract. de probat. lib. 2. cap 1. n. 107. & mult. ſeqq. hac de re plurib. agit. tandemque concludit.* ſtatuta à Magiſtratu ſeculari facta, omnino non valere, quæ prohibent matrimonium non contrahi absque conſenſu parentum: licet ſtatuto induci poſſe concedat, ut conſilium parentum, ſub certa pœna liberis nupturientibus injungatur; non tamen eo fine, ut id ſi fuerit neglectum, pro- pterea promiſſa, quæ facta ſunt, reſcindantur. Deſſen jedoch alles gantz vnbetrachtet/ halten wir mehrers dafür/ daß ein Kind/ ſo fürnämlich noch in vätterlichem Gewalt/ ohne oder wider ſeiner Elter Willen/ in keine bündliche Eheverlöhnuß ſich einlaſſen könne. Auch da es ſchon ſich deſſen anmaſſen thät/ ſolches krafft aller Rechten nichtig/ krafftloß/ vnd gantz von Vnwürden ſeye.

Etenim quòd parentum conſenſus in 5 ſponſalibus ac nuptiis liberorum, non de honeſtate tantùm, verùm & de neceſſitate requiratur, complures Jureconſulti, & omnes, quos quidem nos ſcimus, Theologi noſtratis confeſſionis, unanimi conſenſu tradiderunt. Nempe D. Marth. Lutherus, *in lib. cui tit. eſt.* Daß Eltern die Kinder zur Ehe nicht zwingen noch hindern/ vnd die Kinder ohne der Eltern Willen ſich nicht verloben ſollen. *in 6. tomo operum ipſius Witteb. pag. 170* Brent. *in libell.* Wann in Eheſachen zuhandlen. *qu. 1.* Philipp. Melancht. *in lib. de conjug. tit. d. conſenſu parent. & in epit. Philoſoph. moralis, lib. 2. cap. an ſponſalia ſine conſenſu parentum facta, debeant eſſe rata* David. Chytr. *in 17. & 20 cap. Levit.* Joan. Coraſius, *lib. 1. miſc. cap. 17.* Petr. Loriot. *in l nuptias, de reg jur.* Melch. Cling. *tractat. d. cauſ. matrim. tit. de conſenſ. parent.* Oldend. *in claſſ. 4. actio. 26.* Baſilius Monner. *in tract d. clandeſt. conjug. § matrimonium inſ tit & invitis parentibus.* Joach. Beuſt. *in tract. de matrim. c. 45. de conſenſu parent.* & Conrad. Mauſer. *in titul. de nupt. verſ. quarto vos ſimpliciter dicite. pag. 15.* *Quibus addimus* Dn. Fœlicem Bidenbachium. *tract d cauſ. matrim. cap 1. quæſt. 1.* Adrianum Pulvæum, *tract. de nuptiis, per diſcurſ.* Erneſt. Cothm. *conſil. 1. vol. 1. per diſcurſ.* Bernhard. Grævæ. *libr. 1. concl. 95.* Nicol. Betſium. *in tract. de pact. famil. illuſtr. cap 6 à princ.* Oswald. Hilligerum, *Donelli enucleat. libr. 13. c. 20. in notat. lit. q.* Hennig. Arniſæum, *tract. de jure connub. cap. 3. ſect. 10. per totam.* Dn. Juſt. Meyer. *Pandectac. lib. 23. tit. 2. theſ. 5.* Quorum plerique ſolidis admodum argumentis edocent: Canonicum quoque jus, ſi vetuſtiores canones inſpiciamus, à noſtris partibus ſtare.

Quam itidem in rem maximè notatu di- 6 gna nobis eſſe videntur, quæ Daniel Moller, *lib 1. ſemeſtr. cap. 47. ſub num. 13. ſcribit.* Et mihi quidem (inquit) canoniſtæ, dum in contrahendis matrimoniis, honeſtatem à neceſſitate ſejungunt, non ſatis memores eſſe videntur ejus, quod dicitur & quidem veriſſimè; id demum nos poſſe, quod honeſtè poſſumus, *l. filius qui. ff. de cond. inſtit.* Hinc enim intelligere, ni fallor, debebant; alterum horum concedendum neceſſario eſſe, aut ſecundum canones etiam, liberos, absque conſenſu parentum, matrimonia contrahere omninò non poſſe, cùm honeſtè non poſſe, ipſimet fatean-

ſiteantur. Aut Canones, ſi contrarium ſta-
tuant, ut illi volunt, honeſtos non eſſe, & ſic
hoc quidem in capite, non ſervandos, ſed
multò magis legis civiles: cùm non juſtitia
tantùm, ſed & honeſtas in legibus requiratur;
& hæc quidem magis etiam, quàm juſtitia.
*can. erit autem lex. junctâ gloſſ. in verb. ho-
neſta. can porrò. 35. quæſt. 8. Hactenus Moller.*
7 Vnd ſoll diß Orts das Tridentiſch Conci-
lium/ das Interim oder andere dergleichen ſan-
ction vns kein Hinderung gebähren/ weil ſon-
derlich Romano-Catholici ſelbſt zum theil/
hoc ipſo in caſu darvon abgewichen/ vnd an
vilen vnterſchidlichen Orten deregleichen de-
ſponſationes per ſtatuta annulliren: prout
docet Græværus, *ſuprà allegata concluſ. 95. in
Coronide.* Vnd was inſonderheit Franckreich
anbelangt/ thut hievon Jacob. Auguſt. Thua-
nus, *hiſt. lib. 13. pag. 477.* mit folgenden denck-
würdigen Worten ſchreiben. hoc inquit: An-
8 no (ſcilicet 1555.) edictum pium & honeſtati
conſentaneum, publicè à Rege promulgatum
fuit, quo clandeſtinorum connubiorum con-
trahendorum licentiæ obviam itum, & ratio-
ne juri Romano congruenti, publicæ hone-
ſtati conſultum eſt. Decretum nempe, nu-
ptias contrahi non poſſe, niſi conſentiant o-
mnes, & qui coëunt, quorumque in poteſta-
te ſunt, hoc eſt, parentum voluntas ut acce-
dat: legi pœnâ additâ, ut liceat parentibus
exhæredare filios, qui ſe invitis nuptias con-
traxerint, mandaturque judicibus, ut in eos,
qui hujusmodi nuptias procuraverint, iisve
conſenſerint, legibus animadvertant. Hac
exceptione addita, niſi filiifamilias annum
ætatis trigeſimum exceſſerint, filiæ verò vige-
ſimum quintum. Præterea, ſi matres vitri-
cum non induxerint; à quibus tamen conſi-
lium petere jubentur, verùm ita, ut id neceſ-
ſariò ſequi non compellantur. Antea paſſim,
& in Italia præcipuè, utpote, in qua Jus Ca-
nonicum in viridi eſt obſervantia, filiofami-
lias licebat citra patris conſenſum nuptias
contrahere, & ita clandeſtina matrimonia va-
lere, magnâ non ſolùm honeſtatis & tranquil-
litatis publicæ, ſed jurisgentium atque adeò
Divini jacturâ. Ac quoque licentiâ illâ tunc
ubique, etiam in Gallia, graviſſimè peccaba-
tur, eoque fiebat, ut inter inæqualis condi-
tionis perſonas, magno nobilium familiarum
diſpendio & dedecore, nuptiæ contraheren-
tur, &c. Et ſanè hæc res latiori demonſtra-
tione haud egere videtur, cùm leges civiles
notiores ſint, quàm ut ignorari; clariores,
quàm ut obſcurari; ſanctiores, quàm ut jure
aboleri queant: quemadmodum circa hanc
ipſam noſtram quæſtionẽ elegantiſſimè ſcri-
bit Theodor. Beza, *tract. de repud. pag. 111.*
Quippe; nam ratio & cauſa, quam huic
9 ſanctioni aſſignant leges civiles, ita urgens,
ita juſta & æqua eſt, ut meritò inviolabilis,
intemerataque pronunciari poſſit. Nimirùm
ne ſpreto parentum aſſenſu, ſi nuptias liberi
contrahere poſſent, ſanctiſſimum patriæ po-
teſtatis jus læderetur: tùm etiam ne patri in-
vito; nominis vel bonorum ſuorum hæres
ſucceſſorvè obtrudatur. Adde Adrianum Pul-
væum, *tract. d. nupt. ſine parentum conſenſu
non contrahi.*
Ex jure divino, non tantum, pro funda- 10
mento adducere licet quartum Decalogi præ-
ceptum, quod parentes honorare jubet: ſed
& inſuper maximè hanc ſententiam robora-
re videtur, quòd lex Dei præcipit, ut paren-
tes filio accipiant uxorem. ut colligi poteſt
ex Deuteronomii *cap. 7. verſ. 3.* Non dabitis
filias veſtras filiis Chananæorum, nec filiis
veſtris accipietis filias illorum uxores. *Iudic.
cap. 21. v. 7.* juraſſe leguntur Iſraelitæ, quod
nolint Beniamitis dare filias ſuas in uxores.
Legitur item *Exod. 21. verſ. 9.* Si pater filio
ſuo deſponſaverit filiam ancillam; faciendum
juxta morem filiarum. *Exod. 22 verſ. 17.* com-
mittitur arbitrio patris, an filiam ſuam ab
alio vitiatam, ſtupratori dare velit. Expreſ-
ſum Dei mandatum extat *Ierem. 29. verſ. 6.*
Date filiis veſtris uxores, & filias veſtras date
viris, &c. Quibus aliisque infinitis rationi- 11
bus moti, Principes & Reſpublicæ pleræque
omnes, in quibus noſtra de Religione do-
ctrina viget, Canoniſtarum ſpreta opinione,
ſeveris, ſed admodum piis conſtitutionibus
ſanciverunt: ne liberi abſque parentum con-
ſenſu matrimonia ineant, &, ut deſponſatio-
nes refragantibus parentibus contractæ, ir-
ritæ habeantur. *Quacum farraginem Dn. Coth-
man. ſupra allegato conſil. 1. num. 189. & ſeqq.
adducit.* Et teſtatur Fœlix Bidembach. *d.* 12
quæſt. c. fol. 16. ad fin. & d. fol. ſeq juxta Wir-
tembergicam ordinationem, reſcindi promiſ-
ſiones, vel inſciis vel invitis parentibus factas,
& pronunciari hoc in caſu (ſi maximè cen-
ties per liberos facta, & millies repetita pro-
miſſio ſiet) matrimonium inter eos, qui pro-
pria authoritate id contraxerunt, planè nul-
lum eſſe.
Damit dann zugleich hochlöblicher Stadt
A. berühmte Ordnungen vnd benandtlich den
21. Octobris / Anno 1565. außgekündetes
Mandat/ allerdings vbereinſtimmet / als dar-
inn ernſtlich gebotten / daß kein Kind / es ſey
Knab oder Tochter / ſo noch vnter dem Gewalt
ihrer Vätter vnd Mütter / rc. ſich hinfüro oh-
ne Vorwiſſen vnd Bewilligung deroſelben / in
die Ehe begeben vnd verſprechen möge. Auch
wo ſolches darüber erfolgte / vnd für die ver-
ordnete Ehericbter zu Klag käme / ſolche Ehe/
als vnordentlich / vngehorſam vnd vngöttlich
beſchehen / vnkräfftig vnd vnbündig erkandt
werden ſolle.
Cùm ergò hic expreſſi, & vigorem obtinen-
tis Statuti, claram diſpoſitionem habeamus,
non eſt ulterius dubitandum, Baldus, *in l.
Gallus §. ſi ejus. in ſecundo notab. ff. de liber. &*

poſthum. Rolandus, *conſil. 72. n. 6. vol. 3. Sola inconſtit*, Pedemont. *in proœm. gloſſ. 4. n. 48. ubi hoc multis firmat.* & in terminis noſtris, circa Statuta, quibus matrimonia abſque parentum conſenſu contracta, irrita omninò, ipſoque jure nulla pronunciantur, reſpondit Collegium Juridicum in Academia Jenenſi apud Cothmannum, *in ſæpius jam allegato conſil. 1. num. 710. & ſeqq.*

Welches ſämptliche ſo fern extendirt wird/ daß auch/ wann ſchon die Kinder ſich mediante juramento, oder mit anderm hohen betheuren wider jhrer Eltern willen/ jrgends wohin ehelich verſprochen; Nichts deſtoweniger doch ſolches verſchwören/ in keinen weg geacht/ vnd deſſen vngehindert/ die Eheſcheidung/ in allen wolangeſtelten Ehegerichten erkant wird.

14 Quippenam juramentum liberorum, nil poteſt præjudicare patriæ poteſtati. Ac ſi votum uxoris licuit retractare meritò, *Num. c. 30* quare non etiam liberorum? Et ſanè omne juramentum impium reſcindi debet. Quis verò juramentum factum contra quartum præceptum Decalogi, non pro impio habebit? Juramentum ergò non iniquitatis vinculum eſſe; nec contra Dei voluntatem fieri debet. Ac dupliciter hoc in caſu liberi peccant, (1) Quòd inſciis parentibus matrimonium contraxerunt. (2) Quòd juramento impietatem confirmantes, peccatum cumulavere peccato.

15 Ac porrò, ſi juramentum iſtud vim obtineret, & à liberis contra auctoritatem, conſenſumque parentum ſervandum eſſet, illud abſurdum & inconveniens exinde ſequeretur; quòd liberi hac ratione facilè eludere poſſent conſenſum parentum. Quilibet enim illâ cautelâ uti, ſicque conſenſum & auctoritatem parentum impiè infringere atque enervare poſſet; quod foret perabſurdum & inhumanum. Argumentum autem ab abſurdo validiſſimum eſſe, in confeſſo eſt apud omnes. Atq; ita hanc ſententiam poſt D. Lutherum, *in ſuo libello, de cauſ. matrimonialib. art. 0. in princ.* defendit & declarat Joach. à Beuſt. *in ſuo tract. de jure connub. part. 2. de matrim. cap. 48.* Moller. *1. ſemeſtr. cap. 47 num. 02.* Quibus etiam accedit D. Bidenbach. *in tr. d. cauſſ. matrim cap. 1. quæſt 1. pag 18.*

Es wird zugleich auch beſtändig darfür gehalten/ daß die Eltern keine ſondere Vrſach jhres diſſenſus, vnd warumb ſie ſolch hinter jhnen abgehandlete Ehe widertreiben begehren/ anzuzeigen ſchuldig ſeyen.

16 Quemadmodum & aliàs generaliter, contra actum aliquem ipſo jure nullum, ſufficit prætendere nullitatem. Ac pariter in terminis noſtris hac de re Dn Bidenbachius, *p. m. d. quæſt. fol. 21.* docet; unam illam cauſam juſtè à parentibus prætendi, quòd clam & inſciis illis, liberi minorennes aliis fidem dederint, & quòd altera pars clandeſtinas nuptias quæſierit, ſicque contra ordinationem publicam fecerit: cùm ipſi parati ſint de honeſtis nuptiis ſuo tempore liberis proſpicere. Et ibidem mox ſubjungit; hoc caſu reſcinditur matrimonium, in noſtro Conſiſtorio, ſi maximè alias diſſenſus ſui cauſas non habeant 17
parentes. Quod itidem multis roborat Cothmannus, *dict. reſponſ 1. n. 208. & mult. ſeqq.* ubi *n 244.* inter alia ſic ait: ſi pater dicat, conſentire nolo, quia me inſcio clàm nuptias contraxiſti, reverentiam jure humano & divino mihi debitam violaſti, & transgreſſus es, eam diſſenſus rationem eſſe juſtiſſimam, ſi quis non videt, is profectò parum aut nihil viderit. Mit welchem dann/ obangezogen löblicher Stadt A in Anno 63 publicirtes Mandat gäntzlich vbereinſtimmen thut/ als darinnen keiner Vrſach/ ſo die Eltern anzeigen müſſen/ gedacht: ſondern nudè & ſimpliciter geſetzet wird/ daß ſolche Verlöbnuſſen als vnordentlich/ vngehorſam vnd vngöttlich beſchehen/ für nichtig erkandt werden ſollen. Sunt ergò & ſecundum hocce Statutum, ipſo jure nullæ tales deſponſationes; utpote, contra leges publicas, & pietatem ac honeſtatem factæ. Nec per allegationē ulterius ſufficientis cauſæ, cur diſſentiat pater, demum reſcinduntur.

Secunda Quæſtio.

Ehe vnd dann die ander Frag erörtert wird/ iſt diſes in allweg wol in acht zunemmen/ daß obſchon klagende Tochter geſchwängert/ auch zu ſolcher Schwängerung der beklagte Jüngling ſich bekennen müßt/ oder villeicht mit zu recht gnugſamer Kundſchafft/ de ſtupro convincirt werden möchte/ nichts deſtoweniger jhr der Klägerin auch den Ehereſpruch/ wie recht/ beyzubringen obgelegen ſeyn würde. Sonſten ſie in puncto matrimonii ſich vnzweiffenlich nichts anders dann einer abſolutori- Vrtheil zubefahren.

Matrimonium etenim, cùm aliquid facti ſit, meritò illud aſſerenti contractum eſſe, onus probandi incumbit. *arg. l. 1. ei qui ff. d. probat.* & in propoſito noſtro, poſt alios multos id aſſerit Men. *conſil. 199. n. 2. vol. 2.* 18

Ac inſuper ad matrimonii vel ſponſaliorum probationem, requiruntur teſtes non idonei ſimpliciter; ſed neceſſe eſt, ut ſint omni exceptione majores. *cap. 1. & ibi. gloſſ. ac communiter Canoniſtæ, in verb. Majores. extr. d. conſang. & affinit.* Menoch. *d. conſil. 199. n 29.* Covarruv. *in libr. 4. decret. part. 2. c. 8.* Anton Gabriel. *in ſuis commun. concluſ. tit. de teſtib. concl. 8.* Maximè autem, ſi mulier carnaliter cognita fuiſſet, tunc teſtimonium cunctorum vel omnium eorum, ad quos infamia illa aliquo modo pertingit, admitti non debet. Pariſ. *conſil. 58. n. 15. & conſil. 59. ſub num. 25. vol. 4.* Zaſius, *conſil. 3. n. 47. & conſil 4. n. 24. vol. 2.* 19

Ac ideo non ſolùm in Concilio Tridentino. *ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. matrim.* planè 20

nullius

nullius momenti cenſentur, matrimonia & ſponſalia clandeſtina. Sed & paſſim in Conſiſtoriis Eccleſiarum reformatarum, promiſſiones abſque duobus ad minimum teſtibus, honeſtis & fide dignis factæ, rejiciuntur. Quæ enim honeſta ſunt, publicè debent tractari: non in angulis. Qui verò malè agit, fugit lucem. Et hoc aliquot adductis rationibus probat D. Lutherus, *Tom. German. Ienenſ. 5. fol.*
21 *539. & tom. 7. Ienenſ. Germ. 371. fac. 1.* Ac quoque Dn. Bidenbachius prudenter & opportunè monet, *d. tractat. de cauſ. matrim. cap. 2. quæſt. 1.* nunquam concedendum eſſe, ut altera pars juramento præſtito teſtetur; promiſſionem factam vel non factam eſſe: cùm propter levitatem hominum inſignem, innumerabilia perjuria committerentur. Nec copulam carnalem, ſi acceſſerit, matrimonii promiſſionem clam factam quicquam juvare, ſi altera pars eam neget; licet commixtionem carnalē palàm fateatur. Valere enim hîc regulam illam; conſenſus, non concubitus nuptias facit: & tandem ſubjungit idem. Quòd verò hodie apud nos non obſervatur
22 lex illa Moſaica: *Deuter. 22.* ubi præcipitur, ut ſtuprator ducat vitiatam, hæc cauſa eſt, quòd in tanta malitia (præſertim puellarum) metus ſit, ſi propter copulam carnalem intervenientem ſciant ſe ducendas à ſtupratoribus, ne illæ obviis quibusque juvenibus ſeſe turpiſſimè proſtituant, & occaſionem peccandi præbeant etiam honeſtiſſimis, &c. Et hoc communiter ferè ſequuntur hodie Tribunalia quoque, ut etiam Wilhelmus Zepperus, *lib. 1. de legibus Moſaicis, cap. 10. fol. 76.* (cui alàs Judaicum jus hac in parte perplacet) haut diffitetur.

Inmaſſen dann auch löblicher Stadt A. ſtimbarte mandata, beedes von Anno 1529. und 1594 zumal in dem Fall wann ein Jungfraw mit Schencken / liſtigen oder erdichteten Worten hintergangen daß ſie verfält worden (in welchem caſu wir gantz nicht verſiren / weil allen Umbſtänden nach vermutlich / daß man den Beklagten vilmehr verlaitet / dann daß er der Klägerin zu gegenwertigem Ubelſtand Urſach gegeben /) nichts deſtoweniger doch in deß Verfällers Willkur ſtellen / ob er ſie zur Ehe haben oder dotiren wolle.

Falls aber wider verſehen ein ehelicher Verſpruch gnugſamb beygebracht werden köndte / und es zu diſer Frag gelangen ſolt / ob die copula carnalis ohn und wider der Eltern Willen / vorhergehende Eheverlöbnus roboriren / und alſo kräfftig machen könne / daß weder der Sohn noch der Vatter ſolche nicht mehr umzuſtoſſen berechtigt / ſondern ſelbige mit offentlicher Copulation und ſtätiger ehelichen Beywohnung vollzogen werden ſol? Müſſen wir zwar unſers theils bekennen / daß diſe quæſtion an ihr ſelbſt hochwichtig / und vil anſehenliche / ſo wol Theologi, als Jureconſulti, auch nicht weniger ſo unſerer Confeſſion beygethane / dahin ſchlieſſen / daß unbehindert der Eltern Einred ſolche Eheverbündnuß rata und beſtändig verbleiben thue.

Und wird zu Behauptung diſer Meinung
23 erſtlich angebracht: matrimonium præſumi ex copula ſubſecuta, poſt ſponſalia de futuro, *cap. 15. qui fidem dedit. extr. de ſponſal. cum text. concordant.* Idq; adeo verum eſſe, ut contrariam reſpuat probationem, ac pro præſumptione juris, & de jure habeatur. *per tradita Maſcardi, concl. 1031.* & Menoch. *præſumpt. lib. 3. præſumpt. 1. num. 6.*

24 Nunc autem porrò, jure comprobatum inveniri, quòd bene concordantia matrimonia, patriæ poteſtatis prætextu non debeant turbari: ut in terminis reſpondere videtur Ulpianus, *in l. 1. §. fin. ff. de liber. exhib.* Non etenim parentes tam præfractè poteſtate ſua abuti debere: ut cum man feſta mulieris violatæ injuria, introducant ſeparationem, injuriæ gravem, ſibique nihil profuturam; utpote quæ non ſolùm parentibus jus ſuum ſemel violatum reponere non poſſit, ſed & occaſionem aliis gravioribus peccatis atque delictis præbere queat.

25 Et ſecundò ajunt, non ſolùm mulieris vitiatæ habendam rationem, ſed & liberorum; ne ſcil. ii pro ſpuriis habeantur. Proinde ob publicam utilitatem (quæ ſemper privatorum commodis præfertur *l. utilitas 4. C. de Primipil. l. unic. §. hac autem omnia. C. de caduc. tollend.*) ne ſcil. ſpuriis & ſtupratis puellis civitas repleatur, æquius & humanius videri, ut matrimonium, etiam refragantibus vel ignorantibus parentibus contr. & um, ſecuto concubitu, facilè dirimatur. Ac ita capiunt, quod ſcribit Paulus Jureconſultus, *lib. 2. receptar. ſententiar tit. 19. §. 2.* de matrimonio, obtentu patriæ poteſtatis, non diſſolvendo.

26 Tertiò obtendunt, ſæpe quæ fieri non debent, ſi tamen facta fuerint, non reſcindi. *l. 1. §. biduum. 5. ff. quando appelland. ſit. l. relegatorum 7. §. ad tempus 4. ff. de interdict. & relegat. l. 2. §. 1. ff. de feriis. l. quid ergò. 13. §. pœna ff. de his. qui not. infam. l. moris. 9. §. iſta. 11. ff. de pœn. l. in ambiguis. 85. §. 1. ff. de reg. jur.* Et multa matrimonium contrahendum impedire ſolere, quæ jam contractum non diſſolvunt. *l. patre furioſo. 8. ubi gloſſ. in verb. retinere ff. de his qui ſui vel alieni juris.* Nam & injuſtum matrimonium, matrimonium eſſe *l. ſi uxor 13. §. 1. ad Leg. Iul. de adulter.* ac tale conjugium ratum exiſtere, licet legitimum non ſiet, ut expreſſè ſanciri videtur in *can. final. cauſ. 28.* ubi ex
27 Concilio Urbinenſi refertur, matrimoniorum quædam legitima eſſe, veluti cùm uxor à parentibus traditur, à ſponſo dotatur, & à ſacerdote benedicitur: hæc talia conjugia legitima & rata appellari. Horum verò conjugia, qui contemptis omnibus illis ſolennitatibus,

tatibus, ſolo affectu aliquam ſibi in conjugem copulant, hujusmodi conjugium non legitimum, ſed ratum tantummodo eſſe credi.

28 Quartò hanc in rem adducitur textus expreſſus *in cap. penult. extr. de raptorib* ubi Pontifex Lucius III. ita reſpondet: Cùm ibi raptus dicatur admitti, ubi nihil antè de nuptiis agitur, ille raptor dici non debet, qui habuit mulieris aſſenſum, & prius eam deſponſavit, quàm cognovit, licet parentes reclamarent, à quibus eam dicitur rapuiſſe.

Fürs fünffte wird inſonderheit gantz ſcheinlich eingeführt/ daß die Eltern dißfalls jhrer Kinder Gewiſſen zurahten/ vnd in ſolche Ehe zuwilligen/ oder zum wenigſten dieſelbe nicht zuverhindern ſchuldig. Eò quòd æquius nihil ſit, quàm ut quis id, quod alteri abſtulerit, quoad ejus facere poteſt, reponat atque compenſet. Pudicitia verò erepta, alia ratione reſtitui nequit, niſi ut qui virginem vitiavit, eam ducat: ſicque honorem ejus, per ſubſequens matrimonii vinculum aliquo modo integrum reddat. Quemadmodum etiam abſque hoc vera peccati commiſſi pœnitentia non agi videtur: argumento illius, quod vulgò dici ſolet; peccatum non remittitur, niſi reſtituatur ablatum.

29 Sextò, ita quoque hujus ſententiæ defenſores argumentantur, & ajunt: Si eorum ſententiam ſequamur, qui putant filiumfamiliâs in poteſtate patris exiſtentem, haud cogendum ad eam ducendam, quam fide conjugali datâ, vitiavit; hoc inde ſubſequitur abſurdū, eum qui ſui juris eſt, ducere cogi. Itaque alterum delicti commiſſi pœnas luere meritas, alterum verò impunè filia abuti. Quo nihil iniquius dici, nil abſurdius excogitari poſſe, exclamat Hieronym. Cypræus, *tract. d. ſponſalib. §. 11. ad fin.*

Zu welchem letzlich kompt/ daß ſchon zuvor 30 erwehnter maſſen/ vil fürnehme Theologi vnd Jureconſulti diſe Meinung amplectiren/ nempe poſt Lutherum & Philippum Melanchton. Martinus Chemnitius, *in ſuis locis communib.* Petrus Heigius, *ad princip. inſtit. de nupt. n. 28.* Schneidw. *ad eund tit. part. 2. num. 35.* Weſemb. *in parat. ff. de ritu num. 8.* Joach. Beuſt. *in tract. de matrim. cap. 47.* Kliog. *d. cauſ matrimon. tit. de conſenſ. parent. pag. 78.* Cypræus, *dict. tract. de ſponſal. cap. 10. §. 10. & ſeqq.* aliique complures ab his allegati.

Rationes decidendi.

Deſſen jedoch alles/ vnd was ſonſten mehrers eingewendt werden möcht/ ſo wir ſampt lich in reiffe Berathſchlagung gezogen/ vnangeſehen/ halten wir gäntzlich darfür/ daß vermög rechtlicher Billichkeit/ auch wegen Erhaltung gemeinen Wolſtands/ dergleichen hochärgerliche Winckel-Ehen vnd ſchandliche copulationes, ſo wider der Eltern Willen de facto vorgangen/ ledig nicht zugeſtatten: Sondern wie ſie an jhm ſelbſten verbotten vnd nichtig ſeyn/ alſo auch auff der Eltern begehren/ in judicio darfür erklärt vnd auffgehebt werden ſollen.

Zu welcher Meinung vns erſtlich bewegen 31 thut/ daß ſolcher caſus in jure noſtro civili der geſtalt expreſsè decidirt. Namque eas demum nuptias, juſtas pronunciat Imperator Juſtinus, quibus eorum intervenit conſenſus, quorum in poteſtate ſunt contrahentes. *in princ. inſt. de nupt.* Et poſtquam varia ſubſtantialia matrimonii requiſita recenſuit Imperator, *in §. penult.* ſubjungit; ſi adverſus ea, quæ dicta ſunt (nempe ſi abſque parentum conſenſu, ſi in gradu prohibito, &c.) aliqui coierint, nec vir, nec uxor, nec nuptiæ nec matrimonium, nec dos intelligitur. Itaq; ii, qui ex eo coitu naſcuntur, in poteſtate patris non ſunt, ſed tales ſunt, quales ſunt ii, quos mater vulgò concepit. Sequitur ergo ut diſſoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis exactioni locus ſit. Cùm ergò irritas pronunciet ejusmodi copulationes Juſtinianus, & ſimul nomen ac effectus matrimonii deneget iisdem; ſequitur perperam facere eos, qui cum Rævardo *4. var. cap 16.* injuſtas quidem agnoſcunt haſce nuptias, non tamen diſſolvendas. Perperam item Borcholten, *tract. de gradibus, pag. 59.* alioſque reputare, imperfectam eſſe legem civilem, quaſi ea prohibeat quidem nuptias tales, ſed non diſſolvat, verùm efficiat tantùm, ut injuſtè inde liberi naſcantur. Etenim quid aliud eſt reſcindere, annihillare & caſſare, quàm nomen & effectum juris omnem negotio alicui denegare; cùm effectu conceſſo, ſimul concedatur & cauſa. *l. per ſervum. 14. §. uſusfructus. de uſu habitat. l. 1 ff. ſi uſusfr. pet. l. 2. de juriſdict. judic. l. ult. ff. de offic. ejus cui.* Et prohibito effectu, ipſa quoque cauſa prohibita cenſeatur. *l. cum quid. 84. de reg. jur. in 6.* Matthias Stephani *Dialectica juris, lib. 2. loc. 19. num. fin.*

Et quidem de jure civili, adeò ad matrimonii ſubſtantiam, patris conſenſus neceſſarius reputatur, nec per copulæ interventio- 32 nem, ſponſalia filiifamiliâs invito patre facta corroborantur, ut plerique cenſeant, in nuptiis paternam ratihabitionem non retrotrahi; ſed ex die conſenſus præſtiti demum nuptias fieri, nec medio tempore natos liberos per eam ratihabitionem legitimari: maximè ſi parens ab initio diſſenſerit. *l. 13. §. 6. in fin. d. adulter. l. 68. d. jur. dot.* Anton. Faber, *c. Iuriſpr.* Papinian. *9. princ. 4. illat. 10.* Hotom. *illuſtr. quæſt. 9.* Contius, *1. diſput. 7.* Licklam. *7. membr. 18.* Arumæus, *diſp. ad ll. pracip. 15. theſ. 4. & exercit. Iuſtin. 2. theſ. 10.* Anton. Matth. *in not, ad inſt. tit. d nupt. fol. 33.* Valentin. Guilel. Forſterus, *libr. 1. exercit. Iuſtin. diſput. 3. theſ 21.*

Hierzu kompt fürs ander/ zugleich das geiſtliche Recht/ ubi *in cap. 1. cauſ. 30. quæſt. 5.* 33

Evariſtus

Evariſtus Papa ita laudabiliter reſcribit: Aliter legitimum non ſit conjugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur, uxor petatur, & à parentibus & propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur: & ſuo tempore ſacerdotaliter (ut mos eſt) cum precibus & oblationibus à ſacerdote benedicatur, &c. Et paulò poſt. Ita peracta, legitima ſcitote eſſe connubia, aliter verò præſumpta, non conjugia; ſed adulteria vel contubernia, vel ſtupra aut fornicationes potiùs, quàm legitima conjugia eſſe non dubitatur: niſi voluntas propria ſuffragaverit, & vota ſuccurrerint legitima. Cùm autem hîc ejuamodi copulationes ſive deſponſationes, ſtupra, fornicationes, &c. vocentur, neceſſe eſt ſecundum hanc juris canonici ſanctionem, ſi quoque corporum commixtio acceſſerit, minimè illas vel pro legitimis, vel pro tolerandis ſaltem connubiis reputari debere.

34 So militiren vnd können auch zum dritten/ bey diſer Frag/ alle die jenige ex jure divino & civili petitæ rationes, zumal gebraucht werden. imò adhuc fortius ſtringere videntur, ad roborandam præſentem hanc deciſionem, quæ ſupra ad primam quæſtionem adductæ fuerunt. Namque ſi ob defectum paterni conſenſus, liberorum ſponſalia irrita cenſentur, ut omni jure parentibus competens poteſtas maneat inviolata; ut eadem reverentia atque obedientia debita nullatenus infringatur, ne invitis hæres agnaſcatur. Omnes certè hæ rationes minimè ceſſant, ſed adhuc multò magis intercedente copula obtinere, luce meridiana clarius eſt. Nam & hoc in caſu non metuitur, ſed adeſt jam hæres invito avo, quem jure petit pro ſpurio declarari. Contemptui parentum indulgetur, & inde dolor patris quotidie renovatur, dum videt matrimonium illud durare. Potior autem habenda ratio eſt innocentium parentum, quàm perſonæ ludibrio habitæ, quæ jus transgreſſa, quæ volens eſt decepta; quæ ſibi imputare debet, quòd ſui copiam ei fecit, cujus parentum diſſenſum ſcivit. Potior eſt habenda ratio ſanctiſſimi juris, quod patriam poteſtatem induxit, quàm deteſtandæ copulationis, quam perverſæ cupiditatis liberorum.

35 Quartò, malitiis non eſt indulgendum. Nec ideò tolerari debet nequitia liberorum, qui ut parentum conſenſum vel extorqueant, vel reluctantes parentes dolosè circumveniant, aut fingunt copulam interveniſſe, aut revera carnaliter cognoſcunt adamatas, quibus ſe tantò facilius potiri poſſe ſperant. Publicè ſanè intereſt, fraudibus ejusmodi obviam iri, ejusmodi caſſari deſponſationes, occaſionesque delinquendi omnibus modis amputari. *l. illud convenire. 5. §. 1. ff. d. pact. dotalib. l. meminerint. 6. Cod. unde vi. cap. 2. & 3. de conceſſione prebendæ. in 6.* Hoc enim ni fiat, eluſoria eſſent omnia jura, conſenſum exigentia parentum, lataeque delictis feneſtræ aperirentur. Facilimo quippe negotio fieri poſſet, & in poteſtate illicitè ſponſalia contrahentium ſitum eſſet, efficere ut parentes conſentire cogerentur; quod publico exemplo pernitioſum foret.

Potiùs ergo dicamus, factum contra jus, ipſo jure irritum eſſe. *l. jubemus. 10. Cod. de SS. Ecleſ. l. non dubium. 5. Cod. de legibus.* & actum nullum facere, qui facit contra legem prohibentem, actumque conſummatum infirmari in pœnam ejus, qui legis juſſioni adverſatur. Dec. *conſ. 502.* Alciat. *in l. 3. C. d. SS. Eccleſ.* nec concubitus illicitos facere poſſe, contubernium omni jure illicitum, licitum ut fiet. *arg. l. avus. 79. in fin. ff. de iure dot. & l. filius. 15. ff. de condit. inſtit.* vel ut flagitioſo concubitu, delinquentium conditio melior fiat. *l. non fraudantur. §. fin. d. R. I. cum ſimil.* Regerunt quidem adverſantes, circa hancce pro noſtra ſententia, quæ adduci ſolet, rationem: non efficere concubitus illicitos, ut matrimonium illicitum convaleſcat, ſed tamen hoc operari, ne dirimi queat. Idque propterea, quòd copula carnalis omne purificet vitium. At reſponſio eſt in promptu, nempe ſi prætenſum matrimonium tale, per copulam non corroboratur, quid obſtat quò minùs dirimi poſſit? ea enim quæ valida non ſunt, quomodo non dirimerentur? Nec facilè intelligere licet, quomodo vitium per aliud adhuc gravius vitium purificetur. 36

Non equidem ea, quæ facta ſunt contra legum præſcripta, ita irrita fieri poſſunt, ut pro infectis habeantur, ſi res non amplius integra ſit; ſed tamen ita ſunt annihillanda, ut careant juris commodo ullo atq; effectu.

Non negamus aliis pœnis præcaveri poſſe, ne illicito modo, paternum conſenſum extorqueant liberi: ſed tamen utcunque graves illæ coërcitiones ſint, non tamen parti læſæ (ipſis ſcil. parentibus) aliter conſuli vel ſatisfieri poteſt, quàm ſi ejusmodi copulationes reſcindantur, ſpesque talium inauſpicatorum hæredum penitùs præcidatur. Pœnarum autem æquitas in eo conſiſtit, ut ſi ullo modo fieri poteſt, tam publico exemplo, quàm privatim læſo ſatisfactio præſtetur, ut Politici tradunt. Ac ſi omnes ferè noſtræ opinioni adverſantes, ut jam ſupra in prima quæſtione edoctum fuit, propterea juramentum à liberis contra auctoritatem & conſenſum parentum ſponſalibus additum, non ſervandum eſſe pronunciant; quia aliàs illud abſurdum & inconveniens exinde ſequeretur, quòd liberi hac ratione facilè eludere poſſent conſenſum parentum. Cur, quæſò, hoc non idē dicunt, copula interveniente? cùm eadem hæc ratio militet utrobique: cùm ibi propter jurisjurandi ſanctiſſimam religionem, majus animæ periculum timendum videatur.

37 Fürs fünffte/ ſeynd nicht weniger hoch angeſehene Theologi vnd Juriſten/ welche vnſerer Meinung Beifall thun/ vnd ſelbige mit noch mehr andern vnwiderleiblichen rationibus beſtärcken/ als nämblich Alberic. Gentil. *lib. 4. de nuptiis. cap. 7.* Donell. *lib. 13. Commentar. de jur. civil. cap. 20. pag. 205.* ibique Hillig. *in ſuis not. ad lit. V.* Oldendorp. *claſſ. 4. act. 26.* Duaren. *ad t. ff. ſolut. matrim. cap. 2. verſ. ut tamen liberè dicam &c.* Connanus *lib. 8. Commentar. cap. 4.* Beza, *in tract. de repud. & divort.* Hemming. *in libell. d. conjug. c. d. cauſis repudii. pag. (mihi) 159. & 227.* Henning. Renneman. *Iurisprud. Iuſtin. diſp. 8. th. 51.* Andr. Gerhard. *dec. 2. quaſt 4* Hunnius *diſput. 2. theſ 21.* Cothman. *reſponſ. 1. n. 204. & ſeqq.* D. Bidenbach. *in prompt. connub. in append. cap. 1. quaſt. 1. pag. 19. & ſeq.* Althuſius *Decalog lib. 1. cap. 79. n. 28.* Arniſæus, *d. jur. connub. cap. 3 ſect. 10. n. 24. & per diſcurſ.* qui omnes, plures alios concordan-
38 tes magno numero adducunt. Hisque meritò addimus illuſtre præjudicium Illuſtriſſimi Parlamenti Pariſienſis; quod anno 1605. matrimonium clandeſtinè & inſciis parentibus contractum, ac quoque, in quadam Eccleſia à Parocho ſolita benedictione ſollenniſatum, & copulâ conſummatum, tanquam legibus & honeſtati publicæ contrarium, irritum nulliusque momenti eſſe pronuncisvit, ut teſtatur Ludovicus Servin. *tom. 3. des plaidoyes. arreſt 6. fol. 127.* ubi ſimul Regii Procuratoris oratio, hac de re in pleno conſeſſu habita, inveniatur.

Zu welchem noch weiter/ vnd für das letzte/ auch diſes kompt/ daß in vor angezogenem löblicher Statt A. Statuto lauter verſehen/ daß die ohne Vorwiſſen vnd Bewilligung der Eltern angeſtelte Ehen/ als vnordentlich/ vngehorſam vnd vngöttlich beſchehen/ vnkräfftig vnd für vnbündig erkandt werden ſollen. Vnd zwar wird daſelbſt ſolches alles generaliter & indiſtinctè geſetzt/ vnd gantz kein Vnterſcheid gemacht/ ob der Beyſchlaff erfolgt oder nicht erfolgt ſeye.

Statutum autem generaliter loquens, ge-
39 neraliter intelligi debet: Franc. Viv. *libr. 1. commun. opin. 322.* ac ubi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Dec. *reſp. 17. n. 16. lib. 1.* Berraz. *conſil. crim. 282. n. 1. & conſil. 166. n. 39. lib. 1* Idque procedit etiam, quoad caſum, in quo major ratio eſſet, quàm in alio, omnes etenim nihilominus ſub generali ſtatuto comprehenduntur. Quippenam ſtatuentes, qui non diſtinxerunt caſum, etiam majorem in ſe rationem habentem, ab alio de minori; omnia ſub generalitate ſtatuti cenſentur comprehendere voluiſſe. Ita Burſat. *conſ. 40. num. 6. lib 1.* Dec. *conſil 5. n. 2.* Bertaz. *conſil. crim. 526. n. 5. lib 2.* Sic etiam in materia odioſa, lata fit interpretatio, ut diſpoſitio, & ſtatutum generaliter loquens, generaliter intelligatur, ita docente Deciano *d. reſponſ. 17. n. 16. lib. 1. per ea, quæ voluit Angel. in l. fin. col. ult. verſ. tertio quæritur. ff. d. conſtit. princ.*

Pariter hoc itidem procedit, ſi ſtatutum 40
loqueretur indefinitè. In diſpoſitione namque legali, & ſtatutaris, indefinita ratio æquipollet univerſali. Decianus, *ſæpè d. reſponſ. 17. n. 20. lib. 1. per ea, quæ Bartolus, in l. ſi pluribus. ff. de legat. 2.* & latè Dynus docet, *in rubric. d. reg. jur. in 6.* Ac porrò legem ſimpliciter loquentem, præſumi comprehendere omnem caſum, tradit Galliaula, *in l. 1. §. fin. de V. O.* Facit etiam, quòd hocce ſtatutum 41
A. expreſſam continet rationem, ibi, als vnordentlich/ vngehorſam/ rc. quæ ratio, cùm & in præſenti noſtro caſus ubi ſcilicet promiſſioni prohibitæ illicita culpa acceſſit, magis quàm in ſimplici promiſſione inveniat locū: Weil einmal der Beyſchlaff verurſache/ daß ſolche Eheverbündnuſſen/ noch mehr vnordenlich/ vngehorſamb vnd vngöttlich zuſchätzen: ſequitur exinde, dictum ſtatutum ad omnes ſingulosque caſus ſub ipſa generali ratione comprehenſos, porrigere vim ſuam. Cephal. *conſ. 196. num. 26. lib. 2.* Decian. *reſponſ. 30. num. 12. libr. 3.*

Vnd weil ferner diſes A. ſtatutum den gemeinen geſchribenen Kaiſerlichen Rechten (argumento eorum, quæ in prima decidendi ratione deducta fuere) gantz ehnlich: Darumb 42
ſol es ex jure communi extendirt vnd interpretirt werden. nempe, ut ſecundum *§. pen. inſtit. de nupt.* per copulam ſubſequentem, non roborentur ſponſalia illa, quæ propter diſſenſum parentum nullius momenti exiſtunt. Etenim, ſi ſtatutum omne ſecundum jus commune intelligi, declarari, limitari, ampliari & reſtringi debet, etiamſi neceſſe ſit verba ad impropriam ſignificationem detorquere. Schrader. *conſil. 1. num. 52 & ſeqq.* Quantò magis hoc eo in caſu fieri debet, ubi ſtatutum juris communis abolitam diſpoſitionem reducit?

Reſponſiones ad contraria.

Vnd diſem ſolle zuwider keine Hinderung gebehren/ was hieoben in prima dubitandi ratione eingeführt worden. Nam quamvis lubentes fateamur, ſponſalis etiam de futuro in verum matrimonium degenerare, ſi copula carnali fuerint conſummata: ſo hat doch diſes allein in ſolchem Fall/ vnd bey ſelbigen Perſonen ſtatt/ ſo die ſponſalis zucelebriren bemächtigt. Cùm verò liberi in poteſtate exiſtentes (per jam deducta, in prima quæſtione) ſponſalia, præter patris aſſenſum nequeant celebrare: Inde quoque propria autoritate & de facto nulla ratione facere queunt, ut illa ſponſalia, invito patre, nuptiæ fiant. Cùm, ubi nuptiæ inhibentur, ple- 43
runque etiam nullius ſint momenti ſponſalia: & viciſſim, quæ poſſit, deſpondeatur jure.

l. 16. d.

l. 16. d. ſponſal. l. 60. §. 5. d. ritu nupt. Hincque à nuptiis permiſſis, ad ſponſalia permiſſa; ut ab iisdem prohibitis, ad eadem ſponſalia interdicta, & econtra; conſtare dicatur argumentum. *l. in ſponſalibus. 7. §. 1. l. ſponſalia. 11. l. tutor. 15. ff. de ſponſalib.* Gothofred. *ad d. l. 60.*

Ac ideo quod *l. 1. ff. de liber. exhibend.* de benè concordantibus matrimoniis non diſſolvendis, adductum fuit, (1) ad præſentem non pertinet caſum, ubi reus actricem ipſe ducere recuſat. Et (2) id omninò de legitimo matrimonio ſubaudiendum eſt. Nempè, ut pater, qui matrimonio conſenſit ab initio, illud poſtea nullam ob cauſam queat diſſolvere, acerbè patriam pòteſtatem exercendo: nam ad iſtum modum Ulpiani reſponſum, ut & quod Paulus Jureconſultus, *lib. 2. ſentent. tit. 19.* reſpondet, accipi oportere, optimorum Impp. reſcriptum, *in l. Cod. de repud.* apertè probat.

Minimè etiam poteſtate ſua abutitur pa-
44 ter, petens diſſolutionem ejuſcemodi promiſſionis; nec etiam mulieri vitiatæ injuriam infert. Is enim, qui jure ſuo utitur, nemini injuriam facit. *l. factum. §. 1. l. nullus. de reg. jur.* quin potiùs pater, ſi ſuæ poteſtatis vis & exercitium ob concubitum ſequutum ei adimatur, ſummâ injuriâ afficietur. *dict. l. unic. circ. princ. de rapt. virgin.* jureque ſuo quæſito iniquiſſimè privaretur; & ſi quæ injuria fit defertæ perſonæ, eam ſuâ culpâ patitur, atque adeò injuriam pati non intelligitur. *l. quod quis de reg. jur.*

Nec dici poteſt, patri nil profuturam ſeparationem, nec jus ſemel violatum reſtitui poſſe, nam & ante concubitum per ſponſaliorum clandeſtinum contractum, auctoritas parentum læſa eſt, & tamen talia ſponſalia reſcinduntur. Quid? An ideò patri jus patriæ poteſtatis divino & humano jure datum, exercere non licere exiſtimabimus, quòd jam violata ſit patria poteſtas? imò ideò, quia violata eſt, patri ſuæ poteſtatis exercitium concedi debet. Quin etiam patri maximè prodeſt reſtitui ſibi filium, peſſimo quaſi plagio ſublatum, familiæ ſuæ non inſeri ſpurios hæredes, ſucceſſoremve non violenter ipſi obtrudi.

Neque item videre quimus, quomodo per adverſam nobis opinionem, occaſio graviorum peccatorum atque delictorum præcidatur. Nam & ſemper ſponſalia clandeſtina atque furtiva, materia ſunt malorum ſummorum, aſſiduarum rixarum, contentionum, perjuriorum ac cædium, ſæviſſimamque peſtem & turbationem, Eccleſiæ ac rebus civilibus inferunt, teſte Martino Luthero, *ad Geneſ. cap. 24.* hocque fieri ſolet, ſive illa ſponſalia confirmentur, ſive retractentur. Ergo, quod ex accidente fit, & non omnino præca-veri poteſt, id minimè curare debemus. Nec metus incertorum eventuum nos deterrere debet, quò minùs leges eorumque placita, ponè & intrepidè ſequamur.

Ingleichem mag die ander dubitandi ratio nicht beſtehen / nam, ſi ita præciſè ratio prolis habenda eſſet, ſequeretur; ſtupratorem ſemper ad matrimonium cum violata publicè conſummandum cogi poſſe, etiam nulla promiſſione interveniente; quod tamen, ut jam ſuprà deductum eſt, hodie (ſublatâ Moſaicâ legislatione) non obſervatur; & etiam Statuto A. aliud diſpoſitum invenitur, nämblich / daß ſelbiger / ſo eine verfället / ſolche wider ſeinen Willen nicht ehelichen / ſondern mit einem gebührenden Abtrag hinweiſen möge. Ac porrò jus noſtrum, non tanti æſtimat 46
prolis favorem, ut propterea jus patriæ poteſtatis infringat, *ſupra dict. §. penult. Inſtit. de nupt.* Nec ergò nos legibus benigniores eſſe debemus. Pariter, ut non dici poteſt, publicam requirere utilitatem, ut nobis contraria ſententia recipiatur. Haud quippe ſalus vel commodum publicum in eo conſiſtit, ut ſpurii legitimentur, ut defloratis inuſta macula eluatur, ſi hoc cum detrimento diſciplinæ & honeſtatis publicæ ſit conjunctum. Non etenim ſolummodò patris privatum intereſſe intuemur, ſed cumprimis publicum exemplum, quod exigit, ut per ejuſmodi ſcelerata media, procaces puellæ optato fine non potiantur: nec impunita relinquatur talis audacia; quò aliæ (quæ nullam pœnam metuunt magis quàm talem diſtractionem) deterreantur, & ita minùs ſæpe ea utendum ſit ſeveritate, ut loquitur Duaren. *de nupt. cap. 2. fol. 246.*

Ac poſito, ſolùm patris privatum intereſſe 47
hîc intervenire, non tamen ſequitur; Patri jus quæſitum minuendum eſſe, prætextu neſcio cujus publicæ utilitatis, *arg. eorum, quæ ſparſim tradit* Petr. Anton. de Petra, *in ſuo tract. de jure quæſit. per princ. non toll.*

Die dritte ratio hat ebenmäſſig wenig zu-
48 bedeuten. Vulgatum etenim illud Brocardicum juris: ſæpe, quæ fieri non debent, haut reſcindi, ſi fuerint facta; vim ſuam prorſus amittit, ubi (ut in hoc noſtro caſu) non ſolum aliquid jure prohibetur, ſed & inſimul, ſi factum fuerit, nullius id momenti eſſe pronunciatur: ut paſſim tradunt Doctores noſtri in legibus, quibus Brocardicum hoc, ſupra ſtabilitum fuit. Et item, quod porrò his inferebatur: multa matrimonium contrahendum impedire, quæ jam contractum non diſſolvunt. *Id arg. l. patre 8 ff de his, qui ſui vel alieni juris, &c.* tùm demum admitti poteſt, ſi de novo interveniat cauſa, quæ matrimonium ritè contractum ab initio impediviſſet, v. g. furor vel alius morbus, &c. quæ tanquam ſupervenientia vitia, non infringunt id, quod antea ritè factum fuit. At noſtro in

caſu, ab initio & ſemper adfuit cauſa impeditiva, propter quam matrimonium nunquam contractum eſſe dici poteſt.

49 Diſtinctio inſuper, quæ in hac dubitandi ratione adſertur, inter juſtum & non juſtum matrimonium, ſeu uxorem juſtam, & non juſtam; ea pertinet ad jus antiquum nunc planè obſoletum, quo juſta & legitima uxor ea dicebatur, quæ adhibitis legum ceremoniis & ritibus nupſit; quibus omiſſis, ſi quæ nupſerat, injuſta uxor vocabatur, ut Petrus Perrenonius, *animadverſ. & variar. lection. libr. 1. cap. 9. docet.* Jure verò novo, & præſertim ex moribus Chriſtianorum, non agnoſcimus, niſi legitimam uxorem; adeò ut concubinatus vel ulla alia cohabitatio extra legitimum matrimonium, non toleretur.

Denominatio verò conjugii rati & non legitimi; inventum eſt recentiorum juris canonici conditorum, à ratione alienum, ipſisque vetuſtioribus Canonibus (ut jam modò in rationibus decidendi approbatum eſt) omninò contrarium. Ille enim tales copulationes minimè connubia rata, ſed fornicationes & adulteria, &c. indigitabant.

Habet autem hoc ſingulare canonicum jus contra legum aliarum morem, ut jus antiquum deroget recentiori, magisque nos liget: cùm majoris videatur autoritatis, quò magis propè eſt Eccleſiæ primitivæ.

Vnd haben wir vns deß letzten Canoniſchen Rechtens hierunter nicht zubekümmern/ weil ſolches vnd fürnämblich in præſenti hoc canone, der Eltern Conſens gar außſchlieſſet. Welches aber/ wie in prima quæſtione außgeführt/ moribus noſtris, & item Statuto abrogatum fuit; utpote quod parentum authoritas ut nuptiis interveniat, de neceſſitate re-
50 quirit. Jus verò abrogatum nec allegari, nec ex eo argui poteſt. *l. fin.* ubi Bartolus & Doctores *ff. de falſis.* Idque ampliant, ut idem ſit, ſi jus non in totum, ſed in aliqua parte tantùm ſit reſecatum. Baldus, *in l. 1. in princ. Cod. de Latin. libert. tollend.* ac ajunt, tali abrogato jure utentem, & illud allegantem, incidere in pœnam falſi, ſecund. gloſſ. & Bart, *in d. l. fin. ff. d. falſ.*

51 Wie zugleich in gemein das Canoniſche Recht/ præſertim in Eccleſiaſticis cauſis, vnd ferner nicht bündet/ niſi quatenus in Eccleſiis noſtris eſt receptum atque adprobatum. Ut oratione hac de re ſingulari, Eberhardus à Weihe deduxit.

52 Derowegen auch ad quartam dubitandi rationem, depromptam ex textu, *cap. penult. extr. de raptoribus.* vnſchwer zuresponditen; nempe illud aliquam continere iniquitatem; ideoque mox ſequenti in reſcripto corrigi atque abrogari, ut inquit Petrus Martyr. *in c. 14. Indic.* Duaren. *cap. 2. ſolut. matrim.* Oldendorp. *claſſ. 4. action. 26.* Quamvis aliter reſpondeat *ad hoc cap,* Decian. *lib. 2. pract. cap. 19.* & Palæotus, *de ſpuriis, cap. 8. num. 12.*

Bey der fünfften dubitandi ratione ſeynd
wir zwar gar nicht der Meinung/ daß die El- 53
tern ſtätig vnd in allen Fällen/ pro ſua poteſtate, ſolche matrimonia verhindern ſollen oder mögen. Sondern wir wollen gern geſtehen/ daß auch etliche Vmbſtänd mit einfallen können/ derohalben ſie entweder den Kindern zu gutem/ damit deren Gewiſſen etwas geſichert/ (wann nämlich ein ehrliche junge Tochter von einem liſtigen Geſellen/ mediante matrimoniali promiſſione ſchändlich hintergangen/ vnd zu Fall gebracht/ ꝛc) dergleichen Ehen nicht zuhindern/ oder von Obrigkeit wegen ſolche Ehe zugeſtatten/ angehalten werden ſollen. Puta, ſi liberos, quos habet in poteſtate, pater injuriâ prohibuerit ducere uxores, vel nubere, aut conditionem iis non quærit, qualis caſus refertur *in l. cap. 19. ff. de ritu nupt.* & ſancitur ibidem, Magiſtratum cogere debere, patrem in matrimonium collocare.

Weil wir aber nun anjetzo gar nicht in einem ſolchem/ ſondern in diſem Fall verſiren/ da der Beklagte ætatis ratione, nicht alſo beſchaffen/ daß er ein Weib haben müßt/ auch zu ſeiner Zeit von ſeinen lieben Eltern mit ehrlichen Heurathen verſehen were worden/ vnd wie in facti delineatione referirt, pro decepto, & minimè decipiente zuachten: in dem er nemlich von der Klägerin allicirt, eingezogen/ vnd ſeinem Vatter gleichſamb abgeraubt worden. Welche vnd mehr andere dergleichen Vmbſtänd/ den Herrn Ehe-Richtern/ à Rei Dn. Advocato in allweg wol eingebildt/ exaggerirt, vnd weitläuffig außzuführen ſeyn werden. Als köndten wir nicht erachten/ daß der
Vatter conſcientiæ ratione verbunden/ ſeinen 54
Sohn diſer Tochter folgen zulaſſen. Cùm præſertim juris conſtituti nitatur authoritate. Wie ingleichem der beklagte Sohn/ in deme daß er ſein Vnrecht erkänt/ dem Vatter zufolgen begehrt/ gar nicht vnrecht thut: Sondern allein diſes zuberewen hat/ daß er hievor ſeinen Vatter betrübt/ deme vngehorſam geweſt/ vnd ſich wider beſſere Vermahnung in ſolchen Labyrinthen eintreiben laſſen.

Nam & aliàs, licet puellæ politicè ſeu in foro fori, ut loquuntur, ſatisfieri poſſit; tamen coram Deo, neque dote neque matrimonio ſubſequente, expiatur hoc peccatum. ut præclarus ille Theologus, Dn. Luc. Oſiander *ad cap. 22. Exod.* annotavit.

Et quod dici ſolet, reſtitutionem ad peccati remiſſionem neceſſariam eſſe, id ita eſt intelligendum, ſi in poteſtate ſit auferentis reſtituere ablata; ac ſi illa reſtitutio non afficeret injuriâ tertium aliquem innocentem. Hoc autem noſtro in caſu pater innocens læderetur, injuriâ & mœrore, ſine dubio, magno adficeretur, ſi Reus promiſſorum ſuorum obſervatione, actrici ſublatum honorem aliquo modo reſarcire niteretur: reſti-

tueret enim quod alienum eſſet; & ſic uni ſatisfaciendo, offenderet alium.

Die ſechſte dubitandi ratio iſt geringer importanz / weil ſelbige ex jure Moſaico (ſecundum quod ſtuprator ſtupratam ducere cogebatur) jam uſu obſoleto, & expreſsè contrario ſtatuto A........ abrogato, genommen. Cujusmodi argumentationes, ut jam ſupra innuimus, & juris authoritatibus adſtruximus, nullius ſunt momenti.

Et poſito, jus Moſaicum hac in parte adhuc valere, non tamen perperàm diceretur, filium in poteſtate conſtitutum, ſtupratam ducere non cogi: eum verò qui ſui juris eſt, ad id adigi poſſe. Nam & tota die practicatur, uſuque obſervari ſolet, ut qui parentibus carens, fidem puellæ alicui temerè, nec tamen copulâ interveniente dedit, promiſſis ſtare teneatur. Ad quod ſi parentibus orbatus non fuiſſet, illis invitis cogi nequiſſet.

Ultimæ dubitandi rationi opponimus, quintam rationem decidendi, ubi æquè graves authores magno numero referuntur, qui noſtram ſententiam ex profeſſo tuentur, & à contraria faciunt ſeceſſionem.

Ac poſito, nobis adverſam opinionem,
55 communiùs adprobari: attamen præ ſententia maximè communi, recipienda eſt opinio etiam ſingularis, ſi validiores & certiores rationes adferantur. *§. cumque hac ſententia de concept. Digeſt.* Philippus Decius, *conſ. 576. num. 11.* Hieron. Cagnol. *in rubric de regul jur.* nam ratio eſt anima legis. *l. ſcira. de legib. cum ſimilib.* & authoritas Doctoris, niſi rationem & authoritatem juris conjunctam habeat, nullius prorſus efficacitatis eſt. *l. Labea ait in fin. verb. & ratio. D. de ſupel. lega. §. fin verb. juris auctoritas. inſtit. quib. mod. teſtam. infir.* quia illa quantumvis Imperatoria ſit, tamen ab hac ſimpliciter pendet. *l. digna. C. de legib.* neque tàm quis vel quot dicant, quam quid & qua ratione dicatur, animadvertere oportet. *can. ſecundum 16. quæſt. 1.*

Zu dem reden auch widriger Meinung aſſertores, guten theils von ſonderbahren Fällen / als da entweder unwiſſende / oder wider der Eltern Willen / publica benedictio der copulæ carnali gefolgt / oder beede Verlobte kurtzumb zuſammen begehren / und keins das ander laſſen will. Faſt alle auch ſchlagen dahin aus / daß ſelbiger / ſo ein unverſtändiges Mägdlein liſtiglich hindergangen / und vermittelſt gelobter Ehe zum Fall gebracht / ſolche auch wider ſeiner Eltern Willen behalten muß. Geſtaltſame der mehrſte theil widriger rationum, auff ſolchen Fall colliminiren. Nam hoc demum in caſu, aliqua injuria violatæ inferretur. Et tum ideoque filii conſcientiæ forſan conſulendum eſſet. Weil aber bey gegenwertigem unſerem Fall / dergleichen circumſtantien keine mit einfält / in dem alles clandeſtinè und heimlich fürgangen / der Beklagte ſeinen Eltern zufolgen / und ſelbſt von der Klägerin geſchieden zuwerden begehrt / er auch von der Klägerin hindergangen worden seyn ſoll / & ita deceptus, non decipiens iſt. Als hat wolſchlieſſlicher Beklagte ab auctoritate widriger Meinung aſſertorum, eorumque rationibus, ſich nichzit zubefahren.

Quæſtio tertia.

Was die dritte Frag anbelangen thut / iſt ſelbige ex reſolutione proximè præcedentis quæſtionis, leichtlich & omni absque difficultate auffzulöſen dann weil per hactenus ſatis ſlatè deducta, die copula carnalis, ſolches für ſich ſelbſt nichtige Verſprechen / wider der Eltern Willen in keinen weg corroboriren mag / alſo iſt darauß unſchibar zuſchlieſſen / daß der Vatter ſolch ſein wolhabendes jus interveniendo gehörter maſſen fürbringen können / und auch gerichtlich angehört werden müſſe.

Omnis enim interveniens, præſertim qui 56
ad defendendum & coadjuvandum principalem litigatorem liti aſſiſtit, & pro ſuo jure ſe in judicio interponit, probabileque aliquod intereſſe prætendit, omninò audiri debet. Adeo ut non requiratur, quòd interveniens jus ſuum plenè probet: ſed ſufficit id fieri ſaltem ſummatim; puta per juramentum, vel unum teſtem, aut aliàs ſolùm apparenter, cùm iſthæc probatio præambula ſit & præparatoria, non deciſoria. *per l. à Diva. 15. §. ſi rerum. verſ. ſed ſciendum. ff. de re judic. l. 3. §. cauſa condicta. 4 ff. de Carbon. adicto.* Sebaſt. Vant. *dict. rubric. Quis poſſit dicera de nullitat. n. 24.* Hartman Hartmanni ab Eppingen, *libr. pract. obſervat. tit. 5. obſerv. 10.* Gail. *obſerv. 69. num. 4. & obſerv. 72. n. 23.*

Ob wol auch wir verſtanden / daß das löbliche Ehegericht zu A deß Vatters intervention noch der Zeit nicht angenommen / ſo achten wir doch ſolches allein darumb geſchehen seyn / weil man ja billich zuvor wiſſen / und ex confrontatione, inquiſitione, oder ander dergleichen Mittel erkundigen muß / ob ein Eheverſpruch fürgegangen. Nec enim opus eſt paterno diſſenſu, & vi patriæ poteſtatis ſponſaliorum reſciſſione, ſi nunquam adfuit filii conſenſus. Wird derowegen er der Vatter / publicatis probationibus, nochmalen ſein jus und intereſſe, interveniendo außzuführen wiſſen.

Add. Conſilium hocce, inſertum quoque eſt conſ. Argentinenſ. *tom. 1. conſ. 53.* Sed nomine Facultatis Juridicæ, conſcriptum fuit à Chriſtophoro Beſoldo. Et illud idem refert etiam Dn. Bechſtadius, *tract. de conditionibus. ſponſal. fol. 284. &c.* adde quoque Freher. *in parerg. 2. cap. 4.*

Ne paginæ ſequentes vacarent, ſubjungere libuit Diſſertatiunculam Philologicam, ad l. 1. in pr. C. de offic. Præfect. Prætor. Africæ.

DE Miraculis, eorumque veritate, & authoritate; jucunda, nec inutilis conſideratio eſt. Paſſim autem apud Hiſtoricos, recenſentur miracula Ethnicæ Religionis: de quibus diſputat Plutarchus *in Camillo*, de Veiis, in Romanis captis, ita ſcribens: Camillus diruta urbe, ſimulachrum Junonis transferre Romam, uti voverat, ſtatuit: eamque ad rem conductis fabris, ipſe ſacra deæ facit, precatuſque eſt, ut ſtudium ſuum probaret, Romaniſque propitia, cum aliis ibi habitantibus diis, eſſe vellet; ſimulachrum verò deæ, ajunt, velle ſe, atque aſſentiri, reſpondiſſe. Livius narrat, Camillo Deam oranti, quoſdam ex aſtantibus reſpondiſſe, velle Deam, & aſſentiri, ac libenter Romam ſequi. Sed qui id miraculum ita (ut retuli) accidiſſe contendunt, magno argumento habent fortunam urbis: quæ à parvo & vili initio ad tantam gloriam & potentiam ſine Numinis præſentia ſæpe & cum miraculo ſeſe oſtendentis pervenire nullo modo potuerit. Porrò autem adducunt alia quoque id genus prodigia, ut ſudores ſimulachrorum ſæpenumero effuſos, gemitus exauditos, avertiſſe ſe & vultum terræ defixiſſe imagines: qualia & ſuperiorum temporum homines multi memoriæ prodiderunt, & nos multa è noſtræ ætatis hominibus audivimus mira commemoratu, ac quæ non ſint temerè contemnenda à quoquam. Verùm in his rebus nimiam & credulitatem periculoſam efficit humana imbecillitas, cùm ea non intra certos terminos ſe contineat, ſed efferatur vel ad ſuperſtitionem, inflatiuſque de iis ſentiendum, vel ad contemptum religionis. Optimum eſt, cautionem adhibere, ac NE QUID NIMIS.

Quin & in templis Gentilium miraculoſa medicamenta ſomniantibus ſuggerebantur. Elegantiſſima hujuſce rei, remediorum nempe & curationum per ſomnia gentilibus monſtratarum exempla, nobis exhibentur apud Hieronym. Mercurialem, Medicum & Polyhiſtora celeberrimum, qui *lib. 1. de arte. Gymnaſt. cap. 1.* principia Medicæ artis, ex tabellis ejuſmodi olim in fanis gentilium Deorum ſuſpenſis, præſertim ex remediis inibi revelatis atque efficacibus nata eſſe aſſerere: non dubitat, quanquam iiſdem minimè certò affirmare velit, Hyppocratem inſuper, Medicinæ legiſlatorem, artem inde combinaſſe. Sic autem Mercurialis: An totam, inquit, Medicinæ partem, quæ ad ſanos, & ad victus rationem pertinet, ex tabellulis, aliiſque donariis, Æſculapii templo dicatis conflaverit: an verò ſolam in curandis morbis verſantem Clinicem vocatam, quemadmodum Varro, Strabo, atque Plinius credidiſſe videntur, mihi planè compertum non eſt: niſi quòd hic mos liberatos morbis in templo ejus DEI, quid auxiliatum eſſet, ſcribere. Iſque à primis illis temporibus uſque ad Antonini Imp. ætatem, non modo in Græcia, verùm etiam in Italia perduravit; uti præ cæteris ex tabella marmorea Romæ in Æſculapii templo in Inſula Tiberina inventa, & uſque ad hanc diem apud Maphæos, conſervata intelligere licet, in qua hæc leguntur: Hiſce diebus Cajo cuiquam cæco oraculum reddidit, veniret ad ſacrum altare, & genua flecteret, deinde à parte dextra veniret ad lævam, & poneret quinque digitos ſuper altare & elevaret manum, & poneret ſuper proprios oculos: & rectè vidit populo præſente & gratulante, quòd grandia miracula erant ſub Imp. noſtro Antonino. Lucio affecto lateris dolore, & deſperato à cunctis hominibus, ex oraculo reſpondit Deus; veniret, & ex ara tolleret cinerem, & una cum vino commiſceret, & poneret ſupra latus. Et convaluit, & publicè gratias egit Deo; & populus congratulatus eſt illi. Sanguinem evomenti Juliano deſperato ab omnibus hominibus, ex oraculo reſpondit Deus: veniret & ex arca caperet nucleos pini, & comederet unà cum melle per tres dies: & convaluit, & vivens publicè gratias egit præſente populo. Valerio Apro militi cæco, oraculum reddidit Deus, veniret, & acciperet ſanguinem ex Gallo albo, admiſcens mel, & collyrium conficeret, & tribus diebus uteretur ſupra oculos: & vidit, & venit, & gratias egit publicè Deo. Quod etiam in templo Iſidis fieri ſolitum fuiſſe, ex his Tibulli carminibus conjicio.

Nunc Dea, nunc ſuccurre mihi, jam poſ-
ſe mederi,
Picta docet templis multa tabella tuis.

Hactenus Mercurialis. Eadem & plura alia id genus ſuppeditat Joſephus Scaliger, In indicibus inſcriptionum antiquarum à Grutero noſtro collectarum.

Non verò dubium eſt omnia Infidelium miracula, Diabolica eſſe. vid. Trithem. *quaſt. 3.* Sed nec miracula, quæ in orbe Chriſtiano fiunt, vel fieri jactantur, ſemper vera, vel à Deo ſunt. Idcoque hic cautione [illegible] opus eſt, cùm deteſtanda maximè credulitas ſit, quæ ſuggerit ſuperſtitionem, pro religione: Unde ob tale non rectum miraculorum judicium, admonet Caballus, *reſponſ. crim. caſ. 257. n. 2.* quòd non facilè miraculis ſit credendum. Decipiuntur enim multi à miraculis falſis: ſecundum illud Jeremiæ, *cap. 23. verſ. 32.* ſeduxerunt populum meum in mendaciis ſuis. Vide omninò Paulum Zacchiam,

Med.

Med. Romanum. *in quæſt. Medico. Legal. lib. 4. tit. 1.* Qui idem *d. t. 1. quæſt. 3. num. 7.* inter alias miraculi conditiones & hanc refert: ut ſit ad fidei corroborationem in hominum ſalutem, & ad Dei gloriam, quia miracula attribuuntur fidei. Gloſſ. *in cap. un. verb. ſedis. tit. de reliq. & vener. ſanct. in 6.* Non enim exiſtimandum eſt, gratis Deum interrumpere ordinem, ab initio naturæ datum; ſed ut eſt ipſa ſapientia, id non niſi ad ſui gloriam, & in noſtram ſalutem operari; ex fidei autem corrobnratione, utrumque emanare palàm eſt. Et tale miraculum eſſe videtur illud: de quo Imperator noſter Juſtinianns *in l. 1. C. de offic. Præfect. Prætor. Afric.* atteſtatur; vidiſſe ſe venerabiles viros, qui abſciſſis radicitùs linguis, pœnas ſuas miſerabiliter loquebantur. Vandali enim iis, qui perfidiam Arrianam amplecti noluiſſent, etiam linguas ex faucibus exſecuerunt. S. Victor. *in lib de perſecut. Vandal.* At verò Juſtiniani verba interpretantur nonnulli, quaſi non articulato, ſed flebili & incondito ſono, oſtentarint miſeriam ſuam Martyrds illi ſancti. Sed præterea ea, quæ ibi adnotat Gothofredus & Cujacius, *obſerv lib. 19. cap. 6.* ut & Henricus Kornm. *de miraculis vivor. fol. 100.* etiam ſimili exemplo, Prudentius id evincit: qui *Periſteph. Hymn.* 14. de Romano Martyre canit:

Romane, Chriſti fortis adſertor Dei,
Elinguis oris organum fautor move:
Largire comtum Carmen infantiſſimo;
Fac, ut tuarum mira laudum concinam:
Nam ſcis & ipſe, poſſe mutos eloqui.
Plectrum palati & faucium, ſævus tibi
Tortor revulſit: nec tamen ſilentium
Indixit ori, quo fatebaris ſilentium.
Vox veritatis teſtes extingui nequit,
Nec ſi recisis palpitet meatibus.

Adde ibi Ampliſſimum Dn. Remum *in not.* & Johannem Chryſoſtomum, apud Metaphraſtem, *in vita S. Romani Novembr.* ac Laurentium Surium, *tom. 6* Et etiam teſtis ſat locuples eſt miraculi, cujus Juſtinianus mentionem facit. Procop. *lib. 1. rer. Vand.* qui addit; deinde duos ex eorum numero, talì prærogativâ miraculi divinitùs fuiſſe privatos, & iterum obmutuiſſe, quòd cum alienis mulieribus ſtupri conſuetudinem habuerunt. Æneas Platonicus Chriſtianus, *in Dialogo, quem Theophraſtum inſcripſit*, omnem adimit dubitationem: & quæ ipſe teſtis oculatus refert, exindeque carnis reſurrectionem, poſſibilem evincit, adſeribam. Magna Lydia, ait, duriſſimâ Tyrannide premitur, infenſa verò Tyrannidi dementia eſt, & opinio vera. Tyrannus enim ſubjectorum pietatem pro crimine ducit, honeſtiſſimumque hoc dogma Sacerdotes abnegare jubet. Non obtemperantibus (ô impietatem ſacrilegam) linguam plenam pietatis abſcidit, exemplo Terei: quē refert fabula, oppreſſa virgine, dùm cupit latere crimen, ſcelusque ſe putat obtegere, præcidiſſe virginis linguam. At puella quidem, ſcœnam totam intexuit peplo, crimenque quod lingua proferre nequibat, arte patefecit. Ii verò peplo & arte nihil indigentes, naturæ opificem invocant. Ille novam eia inauditamque naturam, tertia demum largitur die: non linguam alteram dans, ſed ſine lingua diſertiùs loqui, quàm antea tribuens. Putabam equidem non eſſe poſſibile, tibicinem abſque tibiis, peritiam ſuæ artis oſtendere, impoſſibile item exiſtimabam, fidicinem ſine fidibus muſicam exercere poſſe modulationem. Sed planè novum hoc, mirandumque ſpectaculum cogit mutare ſententiam, nihilque viſibile, fixum, aut ſolidum exiſtimare, quod Deo transferre placitum ſit. Vidi ergò viros, & loquentes audivi, articulatamque vocem ammiratus, vocis inſtrumentum inquirebam, nec ſatis auribus credens, oculis judicium permittere inſtitui, atque aperiens os, totam radicitùs evulſam inſpexi linguam, majoreque ſtupore comprehenſus admirabar, non jam quoniam illi diſertè loquerentur; ſed quo pacto ſervari potuiſſent. Hoc ſanè ingrati cujuslibet perfidiam ſolvat, admoneatque corpora lapſa, & in mortem ſoluta, reſurgere. Illîc nempe ex rebus exiſtentibus erit reſurrectio corporum, hîc autem ex non exiſtentibus, vocis abſolutæ congruentia prodiit. Eis verò, qui talia gerunt, quis tàm brutus ac ſtolidus ſit, qui non perlibenter accedat, & quæ illi norunt, non toto animo ſuſpiciat ac ſequatur. Adi Illuſtriſſimum Baronium, ſub anno Chriſti 484. Marcellus Comes refert; ſe vidiſſe mutum quendam natum: ſtatim exſciſsâ linguâ loquutum, & refutaſſe hæreſin Arrianorum, ac de Chriſtiana fide, veras voces emiſiſſe. Placet itaque mirum in modum, quod Dn. Rittershuſius, *ad Salvian. fol. 291.* conjectat: Scripſiſſe Legislatorem noſtrum, *mirabiliter*, non *miſerabiliter*. Cùm non congruat confeſſoribus Chriſti, tanto divinitùs miraculo ornatis, *miſerabiliter* ſuas loqui pœnas: præſertim, cùm nil quicquam obſtaculi ſenſerint exindè, ut Procopius notat. Accidit item Anno Chriſti 192. cùm Chriſtiani quidam iſthæc Commodi ludicra, & impietatem publicè ſubſannarent, ut inter eos Julius Senator, renuens Herculi, hoc eſt, ipſi Commodo ſacrificare, fuſtibus usque ad mortem cæſus fuerit: cæteri verò Chriſtiani, cùm ejus corpus ſublatum curaſſent, in crimen vocati, quòd ejusdem bona diripuiſſent, poſt varia tormenta necati ſunt. Ac denique Antonius Carnifex, qui primus eos torſit, cùm vidiſſet unum ex illis, nomine Euſebium, poſt linguam radicitùs præciſam adhuc liberè loqui, Chriſtum & ipſe profitens, capite truncatus eſt, Baronius *in Annalib.* Itidem in perſecutione Perſica,

ſica, Anno Chriſti 513. ex Anaſtaſin & Cedreno, idem Baronius refert, grandia miracula eſſe facta: & inter alia Chriſtianos abſciſſis linguis, expeditè locutos eſſe, & conſciſſis poplitibus rectos ambulaſſe: quod & Nicephorus habet, *lib. 16. cap. 36.* Anno Chriſti 657. à perfidis Monothelitis, S. Maximus, hujusque aſſeclæ, primò diſtentis nervis adeo crudeliter cæſi ſunt, ut nullum membrum à plagis ſanum relictum fuerit: ſicque in carcerem conjecti, poſtero die rurſum educti, ambo linguâ præciſi ſunt. Cùm verò, ingenti miraculo, nec ſic deſiſterent æquè articulatè ac antea loqui, iisdem crudeliſſimè teſtibus tormentisque laceratis, dextræ manus amputatæ ſunt; ac demùm ludibriis atque dicteriis per medium forum circumducti, nudi omnibusque omninò rebus deſtituti, in exilium rurſum emiſſi ſunt. Baronius anno Chriſti 685. Synudus in Galliis, à Rege Theodorico opera Ebroini Majoris Domus, celebrata eſt, quæ verè Tyrannica dicenda fuit: nempe ad id tantummodo coacta, ut de Epiſcopis, quos tempore Childerici Regis, ſibi contrarios fuiſſe Ebroinus ſuſpicabatur, ipſe pœnas ſumeret. Itaque multos eorum Epiſcopatu privavit, alios exilio mulctavit, quosdam etiam pœnis ſubjecit: interque alios S. Leodegarium Auguſtodunenſem, quem poſt famem & carceris ſqualorem, poſt oculorum evulſionem, plantarumque pedum conciſionem, ac linguæ & labiorum exciſionem, poſt denique multa alia diuturnaque tormenta, tandem capite truncari juſſit. Sicque idem ſanctus DEI ſervus, feliciter Martyrium conſummavit die ſecunda Octobris. Hæc breviter Sigebertus, *in Chron. hoc anno.* quæ fuſiùs narrat Urſinus, *in rebus geſtis ejusdem S. Leodegarii, apud Sur. 2. Octobr.* quas fideliſſimè ſcripſit juſſu Archoaldi Epiſcopi Pictavienſis, ejusdem ſancti æqualis: ubi etiam traditur, *Guairinum* quoque Leodegarii fratrem, ejusdem Ebroini juſſu ad palum alligatum, fuiſſe lapidibus obrutum: ſed & ipſum Leodegarium poſt linguæ exciſionem, uſum loquelæ recepiſſe, ejusdemque corpus, amputato capite ſeſe erigens, quaſi horæ unius ſpatio ſtetiſſe; ac deinde multa ad illud edita eſſe miracula, ipſiusque perſecutores ac percuſſores diram paſſos eſſe divinam vindictam. Denique omnium malorum auctor impiiſſimus Ebroinus, tertio poſt ejusdem ſancti Martirium anno, ab Ermenfrido trucidatus eſt; ejusque anima ad infernum deduci divinâ revelatione audita eſt à cæco, cui idem effoderat lumina: ut Ado Viennenſis eſt Auctor. Anno 742. Petrus Damaſcenus Epiſcopus, quòd zelo fidei æſtuans, Arabum ac Manichæorum cognationem palam arguiſſet, ab illis martyrium conſecutus eſt: qui poſt abſciſſam linguam, expreſſiori voce miſſas celebravit, ut ex Theophane Baronius tranſſcripſit.

* * *

F I N I S.